FRAGMENTA
VERSIONIS SACRARUM SCRIPTURARUM LATINAE
ANTEHIERONYMIANAE
E CODICE MANUSCRIPTO

ERUIT ATQUE ADNOTATIONIBUS CRITICIS INSTRUXIT

ERNESTUS RANKE.

EDITIO LIBRI REPETITA, CUI ACCEDIT APPENDIX.

VINDOBONAE,
APUD GUILELMUM BRAUMUELLER.

MDCCCLXVIII.

Praefatio.

Quod poeta fatur, sua libellos habere fata, id quam verum sit, hoc ipso qui oculis tuis subiectus est libro, lector benevole, me scias largiter expertum. Nam maiores e quibus constat partes, postquam variis apud Academiam Marburgensem datis occasionibus praeteritos per annos a me editae fuerunt, partim correctas partim auctas ante hos fere octo annos librario quidem commercio commisi, externis vero causis quas referre longum est evenisse doleo, ut in eadem ista ubi impressae erant urbe otiose degentes usque ad hunc diem exceptis exemplaribus triginta duobus praeter amicos meos fere nemini innotuerint. Nimirum ea ipsa, quae illis insunt, antiquitatis monumenta diuturnae nocti modo erepta quum claris diei radiis desueta essent ad veteres tenebras mihi videntur refugere voluisse. Cui fraudi praeventum est ope egregia *Guilelmi Braumüller,* nominatissimi bibliopolae Vindobonensis, qui librum appendice auctum denuoque editum doctorum hominum necessitati offerendum curavit.

Quam ad rem iam suo illum apparatu instructurus, quoniam haec vetera latinae versionis s. scr. antehieronymianae fragmenta ulla apud homines doctos commendatione non magis egent, quam quaedam argentea vel aurea vasa ex terrae latebris nuper effossa, utpote quae pretium suum per se ipsa exhibeant[1], equidem nil aliud faciendum existimo, nisi ut quae in tractandis illis secutus sim principia breviter edisseram.

Inter quae quod primum est, ut quae eduntur summa fide edantur, id quum a doctis nostrae aetatis hominibus ad ipsam scripturae formam ipsaque, quibus sermo interpungi solet, signa merito extendatur, tabulis tribus lapidi incisis literarum quibus fragmenta perscripta sunt characteres tibi repraesentavi, totumque eorum textum ad modum versuum in codice manuscripto exaratorum signorumque ibidem datorum quam accuratissime exhibui. Cui rei ut nunc prorsus satisfaciam ex te peto, ut puncta in hac editione omissa addas vocabulis DATAS fasc. I. p. 32, v. 18; PRAECIPIO ib. p. 36, v. 23; IACOB, EIUS et SUNT p. 37, v. 13. 19. 23; deleas vero puncta falso addita vocabulis REDIGANTUR p. 31, v. 12; SUAS et SUNT p. 37, v. 18 et 19; IUDICIUM et IGITUR p. 38, v. 5 et 22.

Deinde quum vetus s. scr. versio latina ea sit versionis Alexandrinae filia, ex qua matris imaginem vertendo idiomate facillime possis assequi, quo fit ut unusquisque illius codex ms. fere eadem dignitate gaudeat, qua authentica huius documenta fruuntur, nil habui antiquius, quam ut fragmentorum meorum textum cum textu parallelorum versionis LXXviralis locorum componerem,

subtiliter exploraturus tum quae universa inter hanc et illa ratio intercedat, tum quibusnam potissimum istius codicibus mss. fragmenta respondere videantur. Qua in re quid adhibitis quidem iis, quae in opere Holmesiano porriguntur, adminiculis tum de praestantissimis codicibus Vaticano et Alexandrino (non omisso Sinaitico), tum de reliquorum grege numeroso exploraverim, in ultimis fasc. II. paginis atque in append. p. 31 et 32 scriptum reperies; ubi quod statui, bibliorum codices antiquos non ex toto eorum quae continent complexu, sed secundum potiores partes singulas, ut quarum indoles inter se differat, comparandos atque in iudicium vocandos esse, spero fore ut a viris artis criticae peritis comprobetur.

Itaque postquam fragmentis meis respondentes Alexandrinae versionis locos apposui, ab altero illorum latere binas quae ex Hieronymi operibus hauriuntur latinas versiones addendas duxi, alteram quae in illius commentariis prostat antiquam ecclesiae latinae versionem, quam ab ipso emendatam esse suo loco demonstravi, alteram quam ab Hieronymo ex hebraeo codice confectam esse constat. Quas qui cum textu nostro comparaverit, duplex eruditissimi Patris meritum, quo vel eam quam suo tempore in ecclesia latina vulgatam repperit versionem ad altiorem rectitudinis gradum promoverit vel iusta ductus ratione novae s. scripturarum editionis ergo ad ipsum V. T. textum originalem reversus fuerit, rectius aestimabit sive quos ecclesia illius ope in percipiendo rerum biblicarum intellectu progressus fecerit facilius emetietur.

Sed reliquorum quoque linguae latinae Patrum scripta (auctore maxime Sabaterio) ad opus nostrum perficiendum eo consilio arcessivi, ut si qui eandem versionem, quae fragmentis exhibetur, viderentur in sua vertisse, ea re nos tum de regione ecclesiae in qua illius usus floruerit, tum de ratione qua fuerit a singulis tractata certiores redderemur.

Denique quaerentes, cuius indolis haec versio sit, verborum a solitis grammatices regulis lexicorumque finibus recedentium exempla attulimus eumque, qui illius est, quasi genium paucis describere sumus exorsi; quae res non modo theologorum est, sed ad eos quoque videtur pertinere qui linguae latinae historiam voluerint indagare. Nam si verum est, quod aliqui non sine veri specie coniecerunt, antiquam s. scr. versionem latinam in septentrionalibus Africae plagis ortam esse, sequetur, eam sermonis popularis qualis secundo vel tertio post Christum saeculo illis in partibus obtinuit vestigia comprehendere.

Fragmentorum indicem habes in fasc. II p. ultima, cui ex appendice addas

Ez. XLII, 5. 6 p. 3 et 11
» » 14 p. 4 et 11
» XLIV, 19 — XLV, 1 p. 5 et 11
» XLVI, 9 — XLVII, 12 p. 7 et 16,

quibus illa aliqua ex parte feliciter suppleri videbis. His ergo benevole utere mecum.

Scripsi Marburgi Non. Apr. MDCCCLXVIII.

FASCICULUS PRIMUS.

Latinos s. scripturae codices exeunte quarto post Christum n. saeculo librariorum vel inscitia vel incuria summopere fuisse depravatos, e multis patrum celeberrimorum testimoniis ne dicam querelis unicuique rerum ecclesiasticarum non incomperto quum sit notissimum, vetera decantare videretur, si quis longis ad eam rem demonstrandam uteretur argumentis. Illud enim ipsum postquam animadvertit Hieronymus Stridonensis permotus est, ut non solum Veteris Testamenti versionem latinam ad hexaplarem Origenis τῶν ό editionem, Novi vero interpretationem ad codices graecos emendaret, sed etiam volumina s. scr. hebraea ex originali idiomate in latinum sermonem verteret. De qua re ipse in libro quem anno p. Chr. n. CDII contra Rufini invectivas scripsit *mihi non licebit,* inquit, *post Septuaginta editionem, quam diligentissime emendatam ante annos plurimos meae linguae hominibus dedi, ad confutandos Judaeos etiam ipsa exemplaria vertere, quae ipsi verissima confitentur? ut si quando adversum eos Christianis disputatio est, non habeant subterfugiendi diverticula, sed suomet potissimum mucrone feriantur.* 1) Quod opus quamvis suo tempore, quae est in humano genere vetustatis consuetudo, haud exiguam aliquorum incurreret reprehensionem atque invidiam, ita ut ipse Hieronymus *cujus studium fuit, omissa repetere, depravata corrigere, et sacramenta Ecclesiae puro et fideli aperire sermone, vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus reprobaretur,* 2) saeculorum tamen progressu ad summum auctoritatis ecclesiasticae fastigium evectum esse constat. Quo factum est, ut paucis quibusdam scripturarum s. partibus exceptis, quas Ecclesia Romana usque ad hunc diem secundum antiquam versionem legere consuevit, i. e. Psalterio, libris Sapientiae, Ecclesiastici, Maccabaeorum, nonnullis librorum Estherae ac Danielis capitibus, epistola Jeremiae et propheta Baruch, 3) illa ipsa qua ante Hieronymi aetatem quicunque latine loquebantur christiani usi sunt versio, non solum ex consuetudine sensim sensimque in desuetudinem abierit, sed temporum injuria fere tota disparuerit.

Cap. I. De antiquae latinae sacr. liter. versionis interitu brevis prolusio.

1) Hieronymi opp. ed. Maur. IV. 2, p. 463.
2) ib. I, prol. p. 2, 6; p. 798.
3) cf. Flamin. Nobilii praefationem veteris Test. secundum LXX latine redditi, Rom. 1588: cf. item Ang. Maii Spicil. Rom. IX, append.; Sabaterii Bibliorum lat. version. II, p. 389.

Cap. II. Quid viros doctos ad restituendae illius versionis conatum impulerit.

Quae cum ita sint neque ullo modo negari queat, id quod melius est, jure suo praeferri minus bono, res admodum mirabilis alicui facile videatur, quod summi nominis aliqui viri docti, Nobilius Flaminius, Blanchinus, Sabaterius, alii, ad restituendam illam quae perdita est s. scripturae versionem antehieronymianam studiose accincti eximiam impenderint industriam. Si eos, qui Hieronymi fuerunt aequales juste notandos censueris, quod oblatam sibi meliorem bibliorum interpretationem non statim arripuerint, facile induceris ad accusandos crimine contrario hos, qui quum meliora in manibus tenerent, ad viliora postquam temporum cursu pessundata erant restauranda maximam virium intentionem adhibuerint.

Inquiramus igitur, num justa quaedam illos meditatio ad suscipiendum opus difficillimum impulerit, an quae omni aevo hominum doctorum morbis accenseri debet, irresistibilis quaedam ostentandae eruditionis prurigo seduxerit.

Ac primum quidem in rebus omnium gravissimis fore versionis antehieronymianae restitutionem pro certo staret, si verum esset, quod Blanchinus et alii statuunt, illam principio nascentis ecclesiae a nescio quo Apostolorum aequali sapienter esse elaboratam. Legimus apud illum, postquam ad gentes occidentalis plagae in christiana religione instituendas missi essent Apostoli, prodiisse statim latinam Novi Testamenti interpretationem, quae exemplar autographum fideliter exhiberet [1]). Quae sententia si firma staret, dici non potest, quantum utilitatis et nobis afferret et posteris. Cur de librorum sacrorum origine apostolica atque integritate defendenda protinus meditaremur et sudaremus? Profecto sufficientem ejus rei causam non haberemus. Nempe si ad apostolicos scriptorum apostolicorum interpretes decurreretur, omnis lis ad exitum foret perducta, omnis dubitatio soluta, omnis scrupulus ex animis evulsus. Sed nostro tempore iis qui sapiunt insinuetur vix oportet, haec in audaci magis conjectura posita esse, quam in firmo rerum fundamento exstructa. Vetustam quidem admodum fuisse Novi Test. e graeco sermone in latinum versionem, tum Augustinus testatur dicendo, ut cuique primis fidei temporibus in manus venerit codex graecus et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguae habere videretur, ausum esse interpretari [2]), tum Hieronymus affirmat praedicans, ea versione nascentis ecclesiae fidem roboratam esse [3]); sed a viris apostolicis sive apostolorum aequalibus factam illam esse, praeterquam quod ejus opinionis demonstratio neque allata est neque unquam potest afferri, eo minus persuaderi possumus, quia non solum primo, sed etiam altero post Christum saeculo tam frequens erat graeci sermonis in Italia usus, ut, quod exempli afferendi gratia dicimus sedente in cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo i. e. quinto sextove secundi saeculi decennio Hermas pastorem suum non latinis, sed graecis literis exararet. Qua de causa Blanchini sententia vix majorem probabilitatis laudem meruerit, quam Isaaci Vossii viri ceteroquin laudatissimi opinio, qua Veteris Test. interpretationem latinam jam ante apostolorum aetatem confectam fuisse praepropere conjecit [4]).

---

1) Evang. quadrupl. proleg. p. 66, ubi de codice evangeliorum Vercellensi fertur judicium.

2) de doctr. christ. II, 11, 16.

3) praefat. in Paralip. ad Chromatium, opp. I, 1022.

4) De Sibyllinis oraculis, c. XIII. Invenis hoc opusculum, a. 1672 scriptum, in Isaaci Vossii variarum observationum libro, Londini 1685. Rem attingere maluit, quam demonstrare. Etenim de loco quodam Deutero-

Qua de causa multo rectius mihi tum Blanchinus tum alii viri docti versionis antehieronymianae laudem ex illius usu apud Patres frequentissimo atque efficacissimo videntur repetiisse. Inter quos tamen Sabaterius leviter notandus est, qui summo illius laudandae studio incensus justo admirabiliora de ea profert. Etenim hujus verba praedicat fuisse arma illa victricia, quibus tot annis catholica res steterit, quibus de errorum ac vitiorum monstris toties triumphaverit; his Tertullianum declamat contra Marcionem, Valentinum, Praxeam aliasque veritatis pestes feliciter pugnasse; his magnum Augustinum victricem Christi gratiam a Pelagianorum telis vindicasse; his Manichaeos, Donatistas, Arianos innumerosque alios sanioris doctrinae adversarios debellasse; his armis ecclesiae latinae patres ac doctores sua singulos aetate dogmata fidei confirmasse; his verbis morum praecepta tradidisse et pietatis officia christianos docuisse; his vitae verbis christianos, quot millia sex prioribus saeculis in coelum sint recepti, fide fuisse imbutos.[1] Itaque tales cogitationes videmus hominis pii ac docti animo obversatas esse, quum eruditae perscrutationis suae opus paene infinitum aggrederetur; tales suspicandum est ipsi vim atque constantiam impertiisse, postquam suos illi humeros subjecisset; et quis erit qui quum talia proferri audierit, aliquid contradicere non religioni paene ducat? Et concedamus prorsus Sabaterio oportet, dulcissimam fore antiquitatis sacrae amatoribus si exerceri posset lectionem eorundem verborum biblicorum, quae ante tot saecula cum patres nobilissimi legerunt, tum universa fidelium in ecclesia occidentali multitudo in se recipere consuevit. Sed in iis quae Sabaterius de haereticorum debellatione ac de morum dogmatumque christianorum traditione infert, dubitari nequit quin sacrae scripturae interiorem virtutem, cui omnes hi eventus adscribendi sunt, cum mera ejusdem versione confuderit, et huic donaverit, quae illi competunt. Ceterum si ea omnia de ipsa versione antiqua recte praedicarentur, qua demum arte Hieronymus, qui novam interpretationem condidit, excusari, vel serioris aetatis ecclesia, quae Hieronymianam vetustae praetulit, a crimine injusti rerum novarum studii defendi posse videretur, profecto nescio. Modestius igitur si judicamus, veritatem tutius assequemur. Simpliciter jam ante haec tria fere saecula Flaminius Nobilius magno doctos piosque homines desiderio affectos fuisse dicit, illam qua latini patres ante beati Gregorii tempora privatim publiceque ad fidei doctrinam moresque formandos

---

nomii verba faciens, quem dicit recte redditum esse in veteri versione latina, addit: „aequali aut etiam antiquiore temporibus Apostolicis", cf. p. 268. Quae supra posui, eorum bonum testem in medium vocare juvat, Joh. Millium, qui in Nov. Test. prol. 377. 378 haec habet: Fidelibus nimirum, qui jam Romae agebant, advenis Judaeis, Aegyptiis, aliis, lingua Graeca familiariter nota erat ac plane vernacula. Quod idem de provincialibus aliarumque quarundam orbis partium Christianis dicendum. Notum illud poetae: Nunc totus Grajas habet orbis Athenas (Juven. Sat. 15). Sed et Hieronymus de orientalibus etiam sui aevi, Sermone Graeco, inquit, omnis loquitur oriens (Comment. in Galat., lib. II. prooem.). Non statim igitur, sed post annorum complurium intervallum a suscepta fide Christi, deliberatum credibile est de translationibus Bibliorum in usum publicum conficiendis. Ipsam hanc Italicam, cum apud Italos, et auspiciis, ut omnino credibile est, Ecclesiae Romanae prodierit, vix certe est ut editam censeamus ante tempora Pii Papae. Erat quidem is cum Italus gente, tum et Latinorum primus (ipsi enim Pontifices hucusque Graeci fuerant) qui diutius paulo, per annos dico quindecim Ecclesiae res administrarat. Neque absimile veri est, ab ipso demum procuratam fuisse hanc versionem aut saltem aliquam ejus partem.

1) Bibliorum s. latin. vers. antiq. Tom. I. in dedic. ad ducem Aurelianensem.

usi essent, versionem integram legendi: quippe sine qua praeclarae illorum lucubrationes vix aut ne vix quidem percipi interdum possent. [1]) Id quod Blanchinus postea repetiit, dicendo, antiqua versione si adhuc superstes esset vel posset restitui, sanctos patres quattuor priorum saeculorum mirifice illustratum iri. [2]) Quod quam verum sit, facile docemur patrum dictis fere innumeris, quibus sacrae scripturae verba non tam citantur, quam levi allusione tanguntur vel obscure innuuntur: quae, nisi ipsum textum illorum animis obversatam bene cognoveris, nullo modo recte intelliges; perfecte vero perspicies textu ad comparationem adhibito. Verumtamen haec latius extendenda existimo. Nam quum inter unumquemque librum ejusque versionem ea intercedat ratio, ut facillime ex versione appareat, rectene ipsius libri sententiae ab interprete iisque, qui eum sequuntur, intellectae sint, an minus, ex sacrae scripturae versione antiqua, etiamnum si exstaret, accurate supputari posset, ad qualem usque rerum biblicarum cognitionem et patres et alii, quicunque illis saeculis s. scripturam legebant, progressi fuerint. Etenim quod ad obscuriores maxime vel novi vel veteris Testamenti locos attinet, si antiquam eorum versionem haberemus, statim videre nobis liceret, non solum, num bene an male, sed in universum, qua tandem ratione sacrorum auctorum sententiae a priscis hominibus fuerint perceptae; quae res, quantum ad perspiciendam internam antiquitatis christianae historiam allatura foret utilitatis dici non potest. Praecipue dogmatum atque moralium placitorum explicationi historicae, qua disciplina ad cognoscendam rem christianam si bibliorum ipsam exegesin excipis vix ulla gravior existit, integro versionis textu multum lucis affusum iri, facile eruditis patebit.

Accedit, quod viri docti spem, quae de facta illius restitutione animo concipi potest, intra hos fines non coercuerunt, sed ad plures etiam ab illa magisque universales fructus diffuderunt exspectandos. Nam primum quidem a non paucis bene intellectum est, latinae versioni antehieronymianae, licet multis hic illic labeculis adspersa sit, suam esse ad dijudicandum Novi Testamenti textum originalem vim atque utilitatem: utpote quae ex codicibus fluxerit, quorum origo ab aetate patrum apostolicorum longinque non distet. Ex quibus tum Millium nomino, qui tanti eam aestimavit, ut quae illa haberet genuina et quibus graecis latina responderent, sedulo assequi studeret[3]), tum Tischendorfium nostrum, virum inter nostrates multis nominibus clarum, qui sese, ex quo tempore operam dederit, ut graecum Nov. Test. textum ad integritatem suam revocaret, intellexisse profitetur, insigne ejus rei subsidium in antiquis interpretationibus latinis positum esse. [4]) Neque vero aliter de utilitate critica earum versionis antiquae partium, quae Veteris Test. libros continent, judicari testes sunt ii, qui nostra aetate in afferendo ad textum septuagintaviralem apparatu critico lucubraverunt. De qua re cum alios, tum celeberrimum nostri saeculi virum Romanum, Angelum dico Maium, verba fecisse, non sine voluptate deprehendimus. Qui ubi de codice quodam antiquissimo agit, in quo se largam versionis antehieronymianae segetem invenisse laetatur, recte ait, illius usum non solum in latina archaeologia fore insignem, verum etiam in graeca, bene statuens, haec fragmenta latina multum conferre ad ipsum

---

1) Praefat. Veteris Test. secund. LXX lat. redditi. Eadem referuntur in Ang. Maii Spicil. Rom. IX. app. p. I.

2) Evang. quadr., in epist. dedic. ad Joan. V p. 6.

3) Nov. Test. proleg. 377—605, inprimis 380.

4) Evang. Palat. praef. 1.

LXX. viralem textum ab amanuensium ac temporum varietatibus discernendum recteque constituendum.[1]) Jam vero illius textus, ab apostolis saepissime in rem christianam adhibiti, talis ac tanta est gravitas, ut qui perscrutandis enarrandisque scriptis apostolicis inhaerent, nullatenus illius usu carere possint. Itaque si quid reperiatur, quod vel ad illum rectius legendum vel ad ejus historiam accuratius constituendam suppetias afferat, quamvis nisi cautissime in usum verti non possit, elucet doctis s. scr. lectoribus semper gratum fore atque exoptatum.

Unde sequitur, illorum virorum non modo comprobandum esse consilium, sed operam etiam quomodocunque fieri potest, vel continuandam vel promovendam. Idque eo magis, quo certius est, implicatiores de antiquae versionis origine atque indole quaestiones, antequam tota illa recuperata compluribusque sit exemplaribus repraesentata, expediri non posse. Inter quas, quae jam longo inde a tempore archaeologos exagitavit, quaestio de Itala, Augustini illa ut verbo utar alumna, cum per eorum audaciam qui eam exstitisse negaverunt, oppositamque aliorum temeritatem qui unamquamque veteris aevi versionem ab Hieronymiana diversam pro Itala venditare gestierunt, tum per novissimam Reussii conjecturam, qui Augustino quum de Itala loqueretur, Hieronymi interpretationem coram oculis versatam esse ingeniose suspicatur,[2]) tantam difficultatem vel certe tam latum dubitationis ambitum assecuta est, ut ab iis, qui otio ad conscribendos tomos sufficiente non fruuntur, satius evitetur quam obiter tangatur atque ventiletur.

Sed quid illi praestiterint si quaesiveris, respondeo, multum sane et quod admiratione nostra dignum sit. Cap. III. Quid potissimum in restituenda illa a viris doctis praestitum sit

Nam primum quidem e codicibus mss. aliquos viri docti vel Novi vel Veteris Test. ediderunt libros, qui illius interpretationis sunt documenta. Martianaeus e codd. Germanensi et Corbeiensi evangelium Matthaei et epistolam Jacobi vulgavit[3]), evangelia IV ex ms. Colbertino, adhibitis etiam Corbeiensibus, Germanensibus, aliis, Sabaterius luci dedit,[4]) eademque ex codd. Vercellensi, Veronensi, et Brixiano, recuso praeterea Martianaei cod. Corbeiensi, Jos. Blanchinus edidit[5]), ex cod. Palatino Tischendorfius eruit[6]), acta apostolorum ex codice Laudiano Hearnius descripsit[7]) et post illum Sabaterius bibliis suis inseruit[8]), epistolas Paulinas idem ex codd. Claromontano et Germanensi hausit[9]), multo vero accuratius splendidiusque nostrae aetati Tischen-

---

1) Spicileg. Rom. IX. append. p. V.

2) Histor. sacrarum Novi Test. scripturarum edit. II. p. 428.

3) Vulgata antiqua latina et Itala versio ev. sec. Matthaeum et epist. canon. Jacobi ed. Jo. Martianay. Paris 1695. cf. ejusdem Remarques sur la version Italique de l'Evangile de St Matth. qu'on a découverte dans de fort anciens Mss. Paris 1695.

4) Bibliorum s. latinae versiones, Remis 1743. Parisiis 1751. Tom. III, p. XXXIII.

5) Evangeliarium quadruplex latinae versionis antiquae seu veteris Italae, nunc primum in lucem editum ex codd. mss. aureis, argenteis, purpureis aliisque plus quam millenariae antiquitatis a Jos. Blanchino Veronensi, Romae 1749.

6) Evang. Palatinum ineditum sive reliquiae textus evangeliorum latini ante Hieron. versi ex codice Palatino purpureo quarti vel quinti p. Chr. saeculi nunc primum eruit atque edidit C. Tischendorf, Lips. 1847.

7) Acta apostolorum graeco-latina ... e cod. Laudiano characteribus uncialibus exarato et in bibliotheca Bodlejana adservato descripsit ediditque Thomas Hearnius, Oxonii 1715. Solam versionem lat. repetiit Hwiid in libello critico de indole cod. Nov. Test. bibliothecae Caesareo-Vindobonensis Lambecii, Hafniae 1785.

8) Bibl. s. lat. III, p. 493. 9) ib. p. 591.

dorfius restituit.[1]) Sed haec attigisse satis est, quoniam qui modo nominatus est vir doctissimus in prolegomenis ad Novi Test. editionem Lipsiensem alteram de codicibus ipsis, in quibus versiones antehieronymianae continentur, breviter quidem sed accurate egit.[2]) Unde patet, Novi Test. paucos inveniri libros, quorum vetus interpretatio e codicum tenebris diei nondum sit reddita. Econtra eorum, qui Veteris Test. versionem antehieronymianam exhibeant, dolendum est magnam esse penuriam, immo maximam. Nam e tota librorum Vet. Test. historicorum serie praeter librum Esther, e ms. Corbeiensi a Sabaterio editum[3]) et cantica, quae Exod. XV, Dt. XXXII et I Samuel. II leguntur, in compluribus mss. obvia et post Blanchinum[4]) a Sabaterio edita[5]), nihil ad nostram aetatem pervenit. Psalmorum quidem plures uno codd. vetustissimi superstites sunt,[6]) sed Jobi, Proverbiorum, Ecclesiastae atque Cantici canticorum versio antehieronymiana aetatem non tulit; nec magis si nonnulla Jesaiae, Habacuci, Jonae et Jeremiae capita, quae vel Thomasius[7]) vel Blanchinus[8]) vel Sabaterius ediderunt,[9]) et fragmenta quaedam, quae nostro saeculo Federus in codice rescripto Herbipolensi repperit atque eruit, Munterus vero publicavit,[10]) exceperis, prophetarum antiqua interpretatio superstes est.

Largior quidem librorum apocryphorum messis conservata nobis est: nam Tobiae atque Judithae versionem antiquam duo exhibent mss.,[11]) Baruchi atque librorum Maccabaicorum interpretationem tum Vulgata nova etiam continet, tum nonnulli codices suo modo praebent[12]), sed haec talia non sunt, quae de canonicorum librorum jactura consolari nos possint.

Qua de causa antiquitatis investigatores ne ulla superesset via, qua non uterentur, ad opus aliud suscipiendum licet immensae fere industriae atque laboris esset, accincti sunt. Patres enim qui ante Gregorium fuerunt omnes adierunt atque ex eorum scriptis tantum non innumeris quaecunque ad restituendam versionem veterem faciebant, sedulo collegerunt atque composuerunt. Inter quos tempore quidem primus Nobilius fuit, qui quum id ageretur, ut Sixtina textus LXX. viralis editio versione latina instrueretur, non proprio Marte textum graecum interpretatus est, sed ubicunque potuit versionem ex laciniis antiquae interpretationis apud Patres latinos obviis consarcinavit. Multo majorem vero et nominis et meriti celebritatem monachus ille ordinis Benedictini assecutus est, quem jam plus semel nominavi, Petrus Sabaterius, qui tertio et

---

1) Codex Claromontanus sive epistolae Pauli gr. et lat., ex cod. Parisiensi celeberrimo, nomine Claromontani plerumque dicto sexti ut videtur p. Chr. saeculi nunc primum edidit C. Tischendorf, Lips. 1852.

2) cf. p. LXXXIII—LXXXV. Ceterum Eichhornii isagogen in Nov. Test. adeas, IV, p. 373—376. Quae Guericke in Isag. ed. II, p. 705 de fragmento ev. Marci Pragensi profert, erronea. Illud enim Hieronymianam continet versionem, cf. Michaelis, biblioth. orient. et exeget. XIII, p. 109. 114, ejusd. isag. ed. IV, p. 469. 1075.

3) Bibl. s. lat. I, p. 791. Libri Esther fragmenta ante Sabaterium cardin. Thomasius ediderat, Blanchinus recudenda curaverat, cf. Vindic. canonicarum script. p. CCXVIII.

4) Vindic. p. 259.

5) Bibl. s. I, p. 163. 385.

6) cf. Blanchini vindic. canon. scripturarum Rom. 1740: psalterium duplex cum cantico (e cod. Veron. erutum), Sabat. bibl. II, 1 (e cod. Germanensi editum).

7) in Antiphonario Rom.

8) Vindic. p. 270.

9) Bibl. s. II, p. 525. 732. 938. 966.

10) Fragmenta versionis antiquae latinae antehier. proph. Jeremiae, Ezechielis, Danielis et Hoseae, Hafniae 1819.

11) Sabat. bibl. II, 706. 744.

12) ib. 736. 1013, cf. Blanch. Vindic. p. CCCIII.

quarto saeculi superioris decennio primum Parisiis tum Remis degens immensum opus versionum antiquarum ex scriptis Patrum latinorum hauriendarum atque concinnandarum suscepit ac quantum fieri potuit perfecit. Libros igitur Tertulliani, Novatiani, Cypriani, Lactantii, Juvenci, Julii Firmici, Luciferi Calaritani, Hilarii Pictaviensis, Zenonis Veronensis, Phoebadii Agennensis, Victorini Afri, Ambrosii, atque illius scriptoris, quem Ambrosiastrum appellant, Hieronymi, Augustini, Philastrii Brixiensis, Paulini Nolani, Hesychii Salonitani, Chromatii Aquileiensis, Pauli Orosii, Marii Mercatoris, Fastidii Britannorum episcopi, aliorum, quorum grandem seriem vel enumerare longum est, revolvit, versavit, excussit, haud omissis vel haereticorum scriptis, Fausti, Fortunati, Parmeniani et qui reliqui fuerunt, vel libris ecclesiasticis qui sine auctorum nominibus circumferebantur, Missalibus, Lectionariis, Breviariis. Quaecunque in hac librorum silva versionum antehieronymianarum fragmenta invenit, ea omnia una cum reliquiis quas ex codd. mss. comparaverat, ita composuit, ut primum versionis antiquae textus ipse exhiberetur, deinde observationes quae ad eum illustrandum facerent, adderentur, denique ad comparationem versionis Hieronymianae facile instituendam Vulgatae novae textus apponeretur.

Cap. IV. Qua in re excellentissimi restitutoris summus error existat.

Quae licet ita sint comparata, ut Sabaterius improbi illius qui omnia vincit laboris indefessaeque industriae ac sedulitatis exemplum omni aetati venerandum praebuerit, tamen non pauca sunt, in quibus illius opus tum correctione tum promotione egere videatur.

Namque ut de iis primum breviter agam, quibus opus promovendum esse arbitror, ea Sabaterium si inter vivos etiam esset, sine dubio non modo admissurum sed summo studio ambabusque uti loquuntur manibus arrepturum esse existimo. Dico patrum latinorum opera illius aetate nondum reperta, nostris temporibus luci reddita; inter quae praecipuum locum ea tenent, quae Angelus Maius vel in Scriptoribus veteribus vel in Spicilegio Romano vel in Nova Patrum bibliotheca edidit: Victorini commentarii ad Pauli epistolas, Arriana fragmenta sive commentariorum in Lucam sive tractatuum dogmaticorum, Nicetae Aquileiensis libri ad Neophytos, Augustini homiliae plurimae antehac non vulgatae, denique libri de speculo, quod opus si Augustini non est, sine dubio aetatis est Cassiodoro superioris. Namque quum in his omnibus pleraeque veteris versionis reliquiae inveniantur, tum plurimae atque utilissimae in Speculo existunt, quem librum Angelus Maius eam ipsam ab causam, quo facilius ab hominibus doctis in usum criticum adhiberetur, bis edendum curavit. Quibus si addideris, quae Muenterus ex fontibus juris Romani, ex collatione legum Mosaicarum et Romanarum, ex Codice Justinianeo et Decreto Gratiani vel ipse collegit vel ut colligerentur suasit, grandem habebis materiem, qua quae Sabaterius imperfecta reliquit, non quidem perficias, magnopere tamen augeas atque eleves.

Tum vero si quis illius opus ad perfectionem promovere voluerit, innumeros Patrum locos, qui ibi congesti atque coacervati inveniuntur, tantum abest ut intactos relinquere possit, ut secundum certam quandam normam ordinare sive exstruere debeat. Etenim fuisse quidem aliquod Sabaterii consilium, quod in componendis illis citationibus secutus sit, non negaverim; sed nego rectum fuisse. Notissimo enim Augustini dicto, quod de doctrina christiana II, 15 legitur: *In ipsis interpretationibus Itala caeteris praeferatur, nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiae,* Sabaterius ita quasi accensus fuit, ut Italae cognoscendae, Italae reperiendae, Italae describendae ac divulgandae summo ardore semper flagraret. Aliquibus igitur indiciis constitutis,

quibus Itala versio dignosci posset, Patrum prata sedulissimae apis instar pervolavit et quoscunque Italae flosculos sibi invenisse videbatur, unum in textum composuit, reliquas vero s. scripturae particulas in rudem indigestamque notarum molem rejecit. Quod licitum ipsi fuisse videretur, modo obtineri possent, quas de Italae signis et coloribus statuerat, regulae. Sed quoniam in toto literarum patristicarum orbe unicus ille locus Augustineus est, in quo de Itala versione sermo sit, eae omnes ita comparatae sunt, ut aut veritatem non contineant, aut si quid veritatis habent, ad judicium de singulis locis ferendum minime sufficiant. Nam ut supponamus (de quo Reussium quidem dubitare supra diximus), per Italam ab Augustino versionem s. scr. antehieronymianam quandam intelligi, illa ejusdem descriptio eatenus quidem utilis videtur esse, ut si qui nobis integri codices latini superessent, quorum alter textui graeco inhaereret, alter minus bene graeca exprimeret, nos de titulo Italae versionis illi tribuendo, huic vero denegando dubitare vix possemus. Sed quod ad rem ipsam spectat, si exempli gratia duas singulorum quorundam s. scripturae versuum versiones inter se dissidentes apud Patres inveneris atque definire volueris, utra ad Italam pertineat, ad hanc quaestionem dirimendam norma illa minime satisfacit. Primum enim utraque, licet altera ab altera diversa sit, fieri potest, ut pari rectitudine textus graeci vocabula exhibeat, quod si evenit, lances aeque pendent. Deinde si vel maxime eorundem verborum duplex versio ita fuerit comparata, ut una magis quam altera textui originali respondere videatur, inde per se certo concludi nequit, eam quae accuratior videtur esse, Italae revera esse particulam. Nam praeterquam quod fieri potest, ut s. scripturae versio quaedam quae in universum verborum tenacior est cum perspicuitate sententiae, talia etiam contineat, quae textum originalem ratione liberiori reddant, animadvertendum nobis est, hunc textum LXX. viralem multis in locis ea incertitudine laborare, ut ipsis versionibus antehieronymianis non leve pondus inesse ad restituendum illius tenorem primigenium penes omnes constet. Vides ergo, hanc Sabaterii normam, quam ad discernendas Italae reliquias sibi posuit, licet ex ipso Augustino hausta sit, si ad singula dijudicanda adhibeatur, rem non conficere. Jam vero eam inter omnes, quas vir doctus sibi effinxit regulas praestantissimam esse patet; reliquas manifestum est vel omni aptitudinis specie destitutas. Namque si dicit frequentiori versiculorum distinctione veterem interpretationem ab aliis secerni, quam ad rem commonstrandam Martianaei prolegomena in Divinam Hieronymi bibliothecam laudat, hoc quidem approbare non haesito, sed pro deprehendenda Itala ullam vim habere nego, quandoquidem demonstrari nequit, reliquas quae ante Hieronymum obtinuerunt interpretationes latinas illa distinctionum numerositate caruisse. Cui indicio, e largioribus versuum numeris hausto, omnino nullam concedi posse fidem Sabaterius si ex disciplinae stichometricae historia discere nolebat, per ipsum Martianaeum doceri poterat, cujus ex catalogo de versibus s. scripturarum confecto elucet, complures esse libros qui secundum antiquam divisionem vel parem habuerint versuum numerum ac secundum divisionem in versione Hieronymi assignatam, vel etiam minorem. Ex utraque enim libri Ruth CCL versus fuisse dicuntur, secundi Regum duo millia, Psalterii quinque; sed ex antiqua quum Jeremiae fuerint MMMMLXX, Danielis MDC, duodecim Prophetarum MMMCX, Jobi MDC, Proverbiorum MDC, Ecclesiastae DC, Matthaei MMDC, Marci MDC, Lucae MMDCCCC, Actorum MMDC, prioris ad Timotheum CCVIII, singulis his libris ex Hieronymiana major versuum summa constituta est, Jeremiae MMMMCDL, Danieli MDCCCL,

Specimen membranae Fuldensis codici A. 13. agglutinatae, continens Hos. IX. 4—10.

duodecim Prophetis MMMDCCC, Jobo MDCC, Proverbiis MDCCXL, Ecclesiastae DCCC, Matthaeo MMDCC, Marco MDCC, Lucae MMMDCCC, Actis MMMDC, priori ad Timotheum CCXXX. Neque utiliora sunt, quae ultimo loco Sabaterius Italae versionis proponit indicia ex ipsius textu desumta. Etenim quod dicit Italam, quoniam primum non ex Hebraeo, sed ex Graeca LXX. virali versione derivata sit, tum vero Hieronymi tempore multis aspersa fuerit maculis, bene internosci et discrepantiis ab Hebraeo textu et ipsis quibus patuerit naevis ac maculis, id ad discernendam Italam ab Hieronymiana quidem facit, verum ad discrimen Italae et reliquarum quae ante Hieronymum fuerunt interpretationum constituendum, quippe quae omnes tum ex eodem fonte versionis LXX. viralis fluxerint, tum Hieronymi aetate corruptae fuerint ac violatae, plane nihil neque nobis affert, neque ipsi Sabaterio attulisse videtur utilitatis. Itaque quum quod Sabaterius in consarcinando versionis Italae textu secutus est consilium multo minus bonum atque idoneum, quam ejusdem studium in Patrum scriptis volvendis revolvendisque sedulum propositique tenax fuisse videatur, quaeritur, qua ratione in opere tractando melius feliciusque possit procedi. At enim vero dubitari vix potest, quin totum opus aut mittendum esse existimemus aut ita peragendum, ut quem s. scripturae textum singuli quique Patres suis in provinciis legerint assequamur. Quid enim est, de quo Hieronymus non minus quam Augustinus conqueruntur? Pro varietate regionum dicunt diversa ferri exemplaria. Has ergo varias regiones si visitamus, sive ut magis proprie loquar, si variarum ecclesiae latinae provinciarum Patres scriptoresque legimus, an fieri potest, ut unicum quendam apud omnes s. scr. textum deprehendamus? Nonne varium eum nos reperire secundum varietatem regionum necesse est? Ceterum inter eos, qui unius fuerunt provinciae, saeculorum varietas discrimen peperisse recte dicetur. Itaque haec diversa, in quae accurata Patrum lectio non incurrere nequit, latinorum codicum exemplaria inter se permisceri non amplius licebit, sed alterum ab altero diligenter secerni atque pro sua unumquodque indole arte critica quasi constitui oportebit. Quod antequam factum fuerit, ullam fore in his quaestionibus lucem, vel quae qualisve Itala exstiterit ab ullo viro docto bene sciri posse, a cordatis omnibus nobiscum prorsus negabitur.

Cap. V. Quibus maxime studiis restitutionis opus sit promovendum.

Pretiosum ergo illud aes, quod Sabaterius ex Patrum aurifodinis eruit, tum augendum esse tum melius quam ipse voluit cudendum, formandum atque signandum quum arbitremur, non tamen sumus ii, qui eum nonnisi bona metalla effodisse diei que reddidisse affirmemus. In amplissimo ejus opere sub Vulgatae antiquae titulo non pauca inveniuntur, quae s. scripturae versionis qualis ante Hieronymum fuit documenta non sint. Qua in re tam insignis Sabaterii error exstare mihi videtur, ut quicunque illius opere utitur ut circumspecte legat maxime sit commonendus. Quod ut vere dictum esse demonstrem, nonnulla ex iis allegabo, quae de eximia Hieronymi laude Sabaterius protulit. Recte dicit Hieronymum non tantum in expurgando latineque reddendo, sed etiam in exponendo commentariisque illustrando sacro contextu egregiam navasse operam, aliaque bene multa in lucem emisisse scripta, innumeris scripturarum referta testimoniis. Tum sermonem continuans *Quae quidem testimonia,* inquit, *cum ex Latina interpretatione ad Graecam versionem LXX exacta laudarit s. doctor, haec nos omnia aut saltem quam plurima in opus nostrum retulimus. Illa vero prae caeteris excerpsimus quae in his occurrunt libris, quos ab Hieronymo ante fuisse elaboratos constat, quam ex Hebraeo scripturas sacras latine*

reddiderit. In his siquidem scriptis juxta versionem LXX., ad quam concinnata est antiqua interpretatio, scripturam laudat Hieronymus: quod hic ego tam manifestis ostendere queam indiciis, ferme ut nemini dubitare liceat. In libro I Reg. cap. XXII, v. 18 ita versiculum hunc in ep. ad Marcellam an. 384 de Ephod et Theraphim laudat Hieronymus: Et conversus, inquit scriptura, Doeg Syrus mortificavit ipse sacerdotes Domini et occidit in illa die trecentos quinque viros; sive, inquit, ut in Hebraeo legitur, octoginta quinque — Concinit Hebraeo vulgata nostra, in qua legitur octoginta quinque: verum in Graeco ita legimus: τριακοσίους καὶ πέντε ἄνδρας, trecentos et quinque viros, quemadmodum in Hieronymi epistola ad Marcellam. Eccui jam dubium esse queat, Hieronymum Graecam LXX. interpretationem fuisse secutum in libris, quos ante elaboravit, quam scripturas ex Hebraeo latine redderet? [1]) Atqui hac in sententia fultus Sabaterius totam, uti ipse inquit, libri Ecclesiastae latinam interpretationem hinc inde dispersam ex commentariis Hieronymi extraxit suoque singulos loco versiculos restituendo in secundo Bibliorum tomo librum integrum exhibuit. [2]) Qua in re vehementer in errores illum abductum fuisse in persuasis habemus. Nam quod libenter ei damus, Hieronymum antequam Veteris Test. libros ex Hebraeo latine redderet versionem LXX. viralem maxime secutum esse, id non prohibet, quin quum commentarios in Ecclesiastae librum scriberet in iisque textus originalis versionem daret, non vulgatam suo tempore interpretationem puram putam exhibuerit, sed eam ubicunque opus ipsi esse videbatur, correxerit. Verum id ipsum in hoc libro factum esse, duo exstant testes. Alter ejusdem prologus ad Paulam et Eustochium, qui circa annum p. Chr. 390 scriptus est, in quo Hieronymus *Memini,* inquit, *me ante hoc ferme quinquennium, quum adhuc Romae essem, et Ecclesiasten sanctae Blesillae legerem . . rogatum ab ea ut in morem commentarioli obscura quaedam dissererem, . . nunc in Bethleem positus, augustiori videlicet civitate, et illius memoriae et vobis reddo quod debeo, hoc breviter admonens, quod nullius auctoritatem secutus sum: sed de Hebraeo transferens, magis me LXX. interpretum consuetudini coaptavi, in his dumtaxat, quae non multum ab Hebraicis discrepabant, interdum Aquilae quoque et Symmachi et Theodotionis recordatus sum.* [3]) Alter Hieronymi prologus in libros Salomoneos, iisdem Paulae atque Eustochio dicatus, in quo ille non solum refert, se libros Salomonis i. e. Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum veteri septuaginta interpretum auctoritati reddidisse, sed etiam *illa,* ait, *quae imperiti translatores male in linguam nostram de graeco sermone verterant, obliterans et antiquans curiosissima veritate correxi; et ubi praepostero ordine atque perverso sententiarum fuerat lumen ereptum, suis locis restituens feci intelligi quod latebat.* [4]) Unde, quidquid ad tuendam suam opinionem Sabaterius afferre posse sibi visus est, dilucide apparet, Ecclesiastae versionem, quam in Hieronymi commentariis exhiberi videmus, emendantem ejus stylum esse tantopere expertam, ut interpretationibus s. scripturarum antehieronymianis nequaquam possit adnumerari.

Jam vero eandem existimo sententiam de iis interpretationis veteris partibus, quas ex Hieronymianis in Prophetas commentariis Sabaterius eruere sibi visus est, ferendam esse. Cujus

---

1) Bibl. s. I, p. XLVIII.
2) ib. II, p. 348.
3) Opp. II, 714.
3) Opp. I, 1419.

ut hic quoque verba propria audiamus, Hieronymi commentarios ait ipsi duodecim Prophetarum minorum versionem latinam e graeco LXX integram suppeditasse; Isaiae viginti quinque capita integra et amplius ex eodem fonte fluxisse praeter alia multa suis quaeque locis dispertita; etiam ad Ezechielis prophetiam complendam idem Hieronymi opus multa ipsi suffecisse; hinc colligi, ex antiquis scriptoribus latinis nullum plura et majora vel potiora ad Prophetarum corpus ipsi contulisse, quam Hieronymum [1]. Sed haec omnia recte dicta esse Sabateriumve bene ac prudenter hanc Prophetarum versionem antiquae interpretationis titulo ornasse, omnino est negandum. Nonnulla quidem sunt, quibus innixus recte se egisse affirmat. Primum enim dicit Hieronymum illam quam ex Hebraeo duxerit suam vocitare versionem, alteram vero e Graeco derivatam vel LXX. vel Vulgatam appellare tertia persona; unam igitur esse proprium Hieronymi fetum, alteram veterem translationem latinam ab ipso adhibitam in commentariis.[2]) Secundo loco infert Hieronymum in commentariis quum textum latinum e Graeco LXX proposuerit, in iis, quae sequuntur, explicationibus nonnumquam voces immutare et pressius e Graeco reddere; unde concludit, textum superiorem ab Hieronymo qualis legebatur in codice simpliciter relatum, non autem denuo et recens ab eo fuisse translatum. Tertium est, quod in hac interpretatione latina dicit nonnulla reperiri menda seu soloecismos, a quibus forte Hieronymus se abstinuisse videretur, si Graecum LXX. his in locis ipse transtulisset. Denique aliud se offerre ait, quod multo diligentius attendi et animadverti debeat, scriptorum veterum latinorum conspirationem et quasi concentum ad tuendam illam ex editione LXX. versionem, saltem in plurimis. Attamen haec argumenta, licet ex superficie hausta non sint, veritatis magis speciem praebent, quam veritatem ipsam. Namque licet omnia in quibus fulciuntur admittas, nil demonstrant, nisi integram versionem illam Hieronymi proprium opus recte appellari non posse; verum si supposueris, Hieronymum ad cudendos suos commentarios adhibuisse quidem versionem latinam LXX, qualis in ecclesia legebatur, sed eam ubicunque bonum ipsi videbatur emendasse, correxisse, expoliisse, contra hanc sententiam ista omnia minime pugnant. Haec vero unicuique, qui rem ingenue judicat, quoniam Hieronymum in genere studiosum atque indefessum latinorum codicum emendatorem fuisse notum sit, ita offertur atque obtruditur, ut ipse Sabaterius non potuerit, quin eam in singulis admitteret et comprobaret. Neque enim sese diffiteri ait, aliquando evenire, ut Hieronymus non tantum in commentario, sed etiam in textu latino aliquid immutet, neque deesse locos, ubi Hieronymus addito asterisco aliquid ex editione hexaplari textui interseverit.[3]) Quod qui concedit, ipse affirmat, in illis commentariis non puram legi versionem antiquam, sed emendatam. Jam vero quod addit, hujusmodi correctiones et emendationes r a r i u s incidere in textum latinum variis commentarii locis antepositum, id gratis sumitur. Fac paucos esse locos, in quibus Hieronymus de illatis textui emendationibus diserte verba fecerit, inde non sequitur, paucos fuisse eos, quibus limam emendantem tacite admoverit. Imo quum supponendum sit, Hieronymum ubicunque correctione vere opus erat textum correxisse, quandoquidem ipse interpretum vitio eundem apud Latinos s c a t u i s s e

---

1) Bibl. lat. II, 506.
2) ib. p. 509.
3) ib. p. 510.

vitiis testatur,[1]) recte concluditur in iis, quae ipse ediderit, maximam fuisse emendationum multitudinem.

Quarum rerum ut singula afferam documenta, sunt quidem in illis commentariis loci, qui quod Hieronymus de sua evangeliorum editione dicit, *sese, ne multum a lectionis latinae consuetudine discreparent, ita calamo temperasse, ut his tantum, quae sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateretur ut fuerant,*[2]) de prophetarum quoque interpretatione secundum LXX adornata dicendum esse commonstrent. Adeas, quae ad Jon. II, 5, quem locum LXX exhibent *ἆρα προςϑήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου*; Hieronymus observat. Ubi quamquam affirmat, *quod in graeco dicitur ἆρα et habet vulgata editio putas interpretari posse igitur: ut sit quasi propositionis et assumtionis, confirmationisque ac syllogismi extrema conclusio: non ex ambigentis incerto, sed ex fiducia comprobantis*: attamen hoc ipsum, quod laudat, vocabulum omittit, illud vero, quod minus comprobat, secundum lectionis consuetudinem praefert, versionis hunc tenorem proferens *putasne addam ut videam sanctum templum tuum,* quippe cui tolerabilem inesse sententiam senserit. Cautissime igitur in tractanda antiqua versione Hieronymum egisse hic locus aliique, quos afferre longum est, locupletissime testantur, sed hanc illius moderationem ac circumspectionem suos habuisse fines, quos si res ferebat transsilire non dubitaverit alii loci haud minore vi nobis persuadent. Ad locum Jes. 58, 8, qui graece legitur *τότε ῥαγήσεται πρώιμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ*, Hieronymus observat, pro eo quod LXX transtulerint *τὰ ἰάματά σου*, id est, sanitates tuae, latinos interpretes ductos nominis similitudine *ἱμάτια*, id est, vestimenta posuisse. Qua translationis falsitate quoniam multos ita deceptos esse vidit, ut hoc loco ad comprobandam corporis resurrectionem uterentur, rectum vocabulum reponens versionem sic legi jussit: *tunc erumpet matutinum lumen tuum: et sanitates tuae cito orientur.*[3]) Simili modo ex iis, quae ad Ezech. 28, 12 adnotantur, discimus, in latinis codicibus orationem ad regem Tyri habitam his verbis redditam fuisse: *Tu resignaculum similitudinis,* quae verba Hieronymus narrat a quibusdam ita intelligi, quasi rex Tyri signaculum dei resignaverit atque perdiderit. Jam vero idem infert hanc interpretationem inde esse ortam, quod LXX virale *ἀποσφράγισμα* ab interprete latino *κακοζήλως* verbum ex verbo exprimebatur: qua re animadversa nullo impeditus est scrupulo, quominus in porrigenda versione

---

1) Cf. epist. ad Pammachium (anno 394 vel 395 scriptam):

„Libros sedecim Prophetarum, quos in latinum de Hebraeo sermone verti, si legeris et delectari te hoc opere comperero, provocabis nos etiam caetera clausa armario non tenere. Transtuli nuper Job in linguam nostram, . . . lege eundem Graecum et latinum; et veterem editionem nostrae translationi compara: et liquido pervidebis quantum distet inter veritatem et mendacium.“

Quibus verbis quae rem praeter veritatem augent Hieronymus addit:

„Miseram quaedam τῶν ὑπομνημάτων in Prophetas duodecim sancto patri Domnioni, Samuelem quoque et Malachim, id est, quattuor Regum libros. Quae si legere volueris, probabis quantae difficultatis sit divinam scripturam et maxime Prophetas intelligere: et interpretum vitio quae apud suos purissimo cursu orationis labuntur, apud nos scatere vitiis.“

Ex quibus quae ultimo loco posita sunt Essius laudavit in Vulgatae histor. pragmaticocrit. p. 97.

2) Opp. I, 1426.

3) Opp. III, 431. Sabat. bibl. II, 620.

pro falso rectum reponeret, locumque potius de pristina regis Tyriaci gloria, quam de praesenti illius ignominia intelligendum esse praeciperet.[1]) Locum Jerem. 31, 2, qui a LXX redditus est εὗρον θερμὸν ἐν ἐρήμῳ, ubi Hieronymus exponit, diligenter adnotat latinos codices ambiguitate verbi graeci ridicule pro *calido*, *lupinos* interpretatos esse: graecum enim θερμὸν utrumque significare: qua re permotus pro falsa interpretatione rectam introduxit: *inveni calidum in deserto.*[2]) Quos locos quum Sabaterius in Bibliis suis ita proposuerit, ut Hieronymi nutum sequeretur, exhibendo *resignaculum* et *lupinum*, in his quidem versionis antiquae textum assecutus est, sed idem clare demonstravit, se in eo de quo loquimur substituendae versionis Hieronymianae consilio parum sibi constitisse, seu proprii instituti extitisse adversarium. Adjicio duos, qui ex re sunt, locos: alterum Amosi 9, 6, quem Hieronymus quamvis a LXX versum esse dicat *repromissionem suam*, tamen in versione sic effert *promissionem suam*,[3]) alterum Michae 2, 11 (sec. LXX πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος), ad quem idem observat, non ut plerique aestiment *spiritus stetit mendax*, sed *spiritus statuit mendacium* legendum esse,[4]) quod quum dicat, certe veterum interpretum illius vocis versionem indigitat. Quid multa? in propatulo est, eam quae in Hieronymi commentariis exstat LXXviralis textus interpretationem purum integrumque eorum exemplarium quae illo aevo circumferebantur simulacrum minime praebere.[5])

Sed ad redarguendam illam, qua in opere suo colligendo et edendo Sabaterius usus est, rationem vix validius exstat argumentum, quam quod ex libri Jobi versione ab illo edita petitur. Cujus quum ms. codex in promptu ipsi non esset, adesset vero Martianaei liber, in quo ex antiquo codice Hieronymiana versionis latinae emendatio ad textum hexaplarem facta prostabat, hunc Bibliis suis interserere illamque interpretationem versionis antiquae titulo instruere non veritus est. Quod quam temere factum sit, tum per se intelligitur, tum ex Hieronymi verbis iis, quibus Jobum suum Paulae et Eustochio commendat, dilucidissime apparet. Ubi *beatum Job,* inquit, *qui adhuc apud latinos jacebat in stercore et vermibus scatebat, errorum integrum immaculatumque gaudete: quomodo enim probatione atque victoria dupliciter universa sunt reddita, ita ego in lingua nostra (audacter loquor) feci eum habere quae amiserat. Igitur et vos et unumquemque lectorem solita praefatione commoneo, et in principiis librorum eadem semper annectens, rogo ut ubicunque praecedentes virgulas ÷ videritis, sciatis ea quae subjecta sunt in Hebraeis voluminibus non haberi, porro ubi stellae inago fulserit* ✱, *ex Hebraeo in nostro sermone addita. Nec non et illa quae habere videbamur et ita corrupta erant, ut sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi.*[6]) Unde quamvis summum discrimen inter veterem Jobi versionem atque eam, quae per Hieronymum edita est, intercedere pateat, hanc tamen pro illa suggerere Sabaterius non est cunctatus.

---

1) Opp. III, 896. Sabat. bibl. II, 806.

2) Opp. III, 675. Sabat. bibl. II, 697.

3) Opp. III, 1448. Sabat. bibl. II, 931.

4) Opp. III, 1514. Sabat. bibl. II, 946.

5) Ceterum si quis penitiore antiquitatis scientia adjutus exceperit, sequi ex testimoniis supra positis, versionem Hieronymi commentariis in Prophetas insertam non tam antiquae emendationem, quam ipsius esse proprium fetum, idque eo magis, quo ad Augustinum scripserit „pleraque prioris laboris se fraude cujusdam amisisse", moneo hanc epistolam non illo, quo Prophetas disseruit, tempore, sed multis annis post, i. e. a. 416 scriptam esse. Cf. Opp. IV, II, 643; Augustin. Opp. II, 612. — 6) Opp. I, p. 1187.

Quae ne cuipiam ita a me dicta esse videantur, quasi illi versioni ex commentariis Hieronymi collectae nullam in rebus criticis utilitatem competere arbitrarer, affirmo quidem, magnam illius justamque fuisse semperque fore aestimationem. Sed si agebatur, ut vetus bibliorum versio latina qualis ante Hierònymum fuit luci redderetur, facile omnes concedent, Sabaterio nullo modo fuisse permissum, ut non emendatae emendatam substitueret. Quod quum fecerit, lectoribus rei non gnaris quasi antiquae nonnullorum librorum versionis jactura omnimodo resarta atque compensata esset, taxandus est fucum fecisse.

Cap. VI. Quomodo ad conferendam huic operae aliquam symbolam auctor pervenerit.

Quapropter quo majores bibliorum versionis quae apud Sabaterium antiquae nomine venit partes ex illius opere expungendae ac quasi abs loco injuste occupato removendae esse videntur, eo pluris si quae inveniantur veteris interpretationis latinae non emendatae fragmenta facienda esse liquet.

Quà in re quam felix fuerim, lector benevole, paucis accipias. Etenim quum nuper Fuldae studiis criticis occupatus vetustissimos aliquos illius, quae ibi asservatur, bibliothecae olim Abbatialis, nunc Electoralis libros manuscriptos perlustrarem, in folia duo incidi, scripturae latinae summa vetustate conspicua, agglutinata illa interioribus tegumentorum lateribus latini bibliorum codicis signati A. 13, qui et ipse circiter nongentorum annorum esse palaeologis videtur. In quibus accurata nonnullorum versuum perquisitione instituta didici fragmenta latinae Veteris Test. versionis contineri a Vulgata non uno in loco valde discrepantis. Quod quum iiscum, penes quos bibliothecae Fuldensis cura regimenque est communicassem, a viris humanissimis non solum veteris illius textus in lucem eruendi atque edendi, sed totius codicis, cui insertus erat, Marburgum vehendi licentiam impetravi. Ubi postquam foliorum ea latera, quae oculis subjecta erant, legeram, contigit mihi, ut membranas aquis perfusas atque madefactas leniter a tegumentis libri ligneis solverem textumque, quem in versis lateribus continent, adipiscerer. Glossis quoque, quae manu seriori quidem, satis tamen vetusta ad marginem appositae sunt, legendis animum applicui, qua opera complures per menses continuata, licet literarum characteres prae vetustate multis in locis discerni vix possent, oculis microscopio armatis eo perveni, ut ubicunque membrana integra est, fere omnia quae adnotata sunt legerem, ubi vero lacerata vermibusque exesa esse deprehenditur, quae scripta fuerint ex literarum reliquiis conjectura assequerer. Neque vero angustam quandam membranae laciniam, illorum foliorum alteri adjectam, in qua tum singula aliqua verba ad textum pertinentia, tum glossae nonnullae inveniuntur, contemnendam existimavi, sed ita in rem converti, ut primum quae contineret eruerem, tum quibusnam singula quaeque s. scripturae locis adnumeranda essent percontarer. Quae res indefesse sciscitanti ex sententia successit festivamque, fateor, peperit laetitiam. Qua ratione, si omnia consummantur, vidi in altero folio locorum

Hoseae VII, 16 — VIII, 6,
ejusd. VIII, 13 — IX, 17,

in altero Amosi VIII, 10 — IX, 9,
Michae II, 3 — III, 3

antiquam versionem contineri: quibus accedit aliquorum fragmentorum versio pertinentium ad

Hoseae IV, 13. 14. V, 4. 7. XII, 3. 7. 9. 12. XIII, 1. 3:

quorum recuperatio eo exoptatior mihi visa est, quo pauciores Prophetarum interpretationis antiquae particulas in libris mss. nobis conservatas esse recte dolemus.

Cap. VII. Membranae Fuldenses describuntur

Quos locos antequam lectoris oculis subjiciam, quoniam par est ut foliorum illorum atque characterum indoles rite exponatur, primum moneo, membranas esse generis tenuissimi ac tam pellucidi, ut quae in averso latere exarata sunt, atramento permisso in recto appareant eorumque quae ibi exstant lectionem admodum difficilem reddant; tum rogo tabulam lithographicam huic scripto adligatam velis intueri, in qua quod dedi scripturae specimen ea mente accuratissime elaboratum est, ut non solum uniuscujusque characteris forma diversusque textus et glossarum color discerneretur, sed etiam codicis, cujus haec folia olim fuerunt, quae fuerit et latitudo et altitudo ex linea circumcurrente concluderetur.

Tres igitur in pagina exhiberi vides columnas, largo margine circumdatas, inter quas quae media est, paginae titulo coronatur i. e. vocabulo Profeta, hic quidem glossis adscriptis valde obscurato, cui in latere averso nomen Osee respondet. A margine superiori ad inferiorem descendens si quaternionum signa numerosve qui margini inscribi solebant quaesiveris, eorum nullum invenis; quod unde sit explicandum, postea docebo.

Singulae columnae ex viginti tribus versibus constant; singuli vero versus brevissimi sunt ambitus, haud plures duodecim literis continentes, qui numerus licet interdum usque ad XIV augeatur, saepius tamen usque ad X vel VIII minuitur. Literae enim uncialis et quidem grandioris sunt formae; quae si cum iis comparantur, quas Blanchinus in Vindiciis Evangelioque quadruplici ex antiquis mss. protulit, illarum paucissimis minores, compluribus vero majores apparent, ita ut ipsa vocabula breviora haud exiguum spatium occupent.

Ceterum verba a verbis separata non sunt, quo fit ut, nisi forte interpunctionis signum intercedit, quisque versus unum solummodo vocabulum exhibere videatur.

Characterum ductus fortis, simplex et elegans, neque ornamentorum artificiis fucatus neque scripturae compendiorum multitudine deformatus; nam praeterquam quod $\overline{\text{DMS}}$·, $\overline{\text{SPS}}$· et $\overline{\text{DS}}$· scribi solet pro DOMINUS, SPIRITUS et DEUS, non exclusa tamen pleniore scriptione, solas sub finem versuum literas U et S, U et R, A et E, U et M vel P unam in formam contractas interdum vides, quibus ex reliquis paginis adnumeranda est tum contractio literarum N et T, V, N et T, O et R, tum minorum uncialium usus in ultimis versuum syllabis hic illic obvius, ex. gr. PRoP vel NoN, vel ϾUM, cujus rei aptiorem analogiam optare vix potui, quam quae per antiquissimum codicem Friderico-Augustanum praebetur, in quo ratione simillima sub finem versuum legis IcA pro ICA et quae plura sunt hujus generis.

Majoris formae uncialium, quas in unaquaque columna vides, in nostris membranis haec est ratio, ut sacri textus sectiones quasdam significent et ad sententiarum intelligentiam magis pertineant, quam ad codicis exornationem: qui usus paullo simplicior est scriptione codicis Evangeliorum Palatini, licet vetustissimi, in quo quum argento auroque scriptus sit, non solum sectionum, sed uniuscujusvis columnae initia elegantiae profundendive metalli ergo literarum maxima forma distincta sunt.

Aliud noster scriba pulchritudinis genus efficiendum sibi proposuit, quod rarissime inveniri mihi videtur, positum in eo, ut linearum membranis stylo imprimendarum consuetudinem

in plurimis libris manuscriptis obviam neque ad versus dirigendos neque ad columnas normandas sequeretur, unde factum est, ut ne acuum quidem infixione, qua codices deformari solent, indigeret. Quod quomodo effecerit, quandoquidem et versus et columnarum ordines rectissime exarati sunt, nescitur; vix tamen dubitari potest, quin ad scriptionem bene instituendam, quod etiamnum pueri ac mulierculae in epistolis scribendis faciunt, integrum linearum atrarum systema plagulis subdiderit, quibus paullulum pellucentibus bonae calamo normae erant suffectae.

Interpunctio simplex est sibique satis constans: minora enim enuntiationum membra signis non dignoscuntur, majora vero, sive quae per se sententiam aliquam constituunt puncto, cujus locus supra lineam dextrorsum ab ultima litera cernitur, separantur. Quod tamen in fine sectionum non semel desideratur. Ubi vocabula per versum rumpuntur, syllabas intactas relinqui vides, copulandi signis non adhibitis.

Atramentum tam fulvam praebet speciem, ut librarium sepia usum esse suspiceris; sed quoniam aqua non solvitur, et tam mordax fuerit, ut interjectis licet saeculis membranam hic illic in ipsis characterum ductibus perforaret, dubium non est, quin ferri particulas habuerit admixtas.

Calami sphalmata fere nulla neque in hac neque in reliquis paginis deprehenduntur: nisi quod lineola transversa, compendiorum illa notula, quae excepta una vice semper recte adhibita est, super DEO et DEI in tertia columna superflua esse videtur, et aliquoties per errorem punctum positum est vel mediis in vocabulis DE·O et CORR·UPTIONEM. Quae omnino sunt levissima. Quod vero CONIRI scriptum est pro CONTERE (Hos. VIII, 4); quod in aliqua pagina versus unus omissus fuit, quem alia manus serior quidem sed vetusta in margine supplevit (Hos. VIII, 12); quod medio in versu Hos. VIII, 3 glossa exegetica irrepsit; quod denique loci Hos. IX, 9, cujus textus graecus est μνησθήσεται ἀδικίας, haecce versio legitur: MEMOR ERIT· DABITUR INIUSTITIA pro RECORDABITUR INIUSTITIAE; haec ad criticorum magis errorum genus pertinent. In qua re quum incertum sit, utrum ipse membranae scriba erraverit, an quae falso scripsit jam in exemplari ita exarata invenerit, quandoquidem ceteroquin accuratissimum sese praebet opificem, hoc mihi quam illud videtur esse probabilius. Reliqua, quae in his membranis cum iis, quas nos sequimur orthographiae regulis non conveniunt, ut ISTRAHEL, AEPULARI, SEPELIUIT (pro -BIT), EICIAM, ABICIET, ADICIAM (pro EIIC. etc.), FILIS pro FILIIS, quoniam pro illius temporis consuetudine scripta sunt, gnarum veterum librorum lectorem non offendunt.

Jam vero hujus generis paginae in duobus illis quae inveni foliis exstant quatuor integrae et quatuor mutilatae, in quibus, quum folia bibliopegi cultro sua aliqua parte privata sint, loco ternarum quae ibi scriptae fuerunt nonnisi binae existunt columnae et aliquae earum quae abscissae sunt reliquiae. Lacinia de qua dixi ita comparata est, ut illorum foliorum longitudinem aequet, i. e. eundem, quem illa habent, columnarum praebeat numerum; singularum vero columnarum nil nisi primum quemque versum exhibeat. Quae rudera quamvis pauciori lucro apponenda videri possint, quam de quibus verba facere liceat, aliquod certe cognoscendae rei nostrae emolumentum impertiunt. Nam lacinia praeterquam quod has textus Hoseani particulas continet, tum glossas complures largitur, tum ad codicem, cujus olim pars fuit, accuratius describendum facit. Ea enim si cum illo, in quo Hoseae prophetae fragmenta (VII,

16 — IX, 17) scripta sunt folio, ad modum libri complicatur, quoniam lacinia talia continet, quae illa fragmenta vel praecedunt (IV, 13. 14. V, 4. 7) vel sequuntur (XII, 3. 7. 9. 12. XIII, 1. 3), facillime emetiri potes, quodnam inter illud folium, cujus lacinia olim fuit, atque id, quod etiamnum possidemus, interfuerit spatium videlicet tantum, in quo ab anteriori parte Hoseae c. V—VII, a posteriori c. IX—XII scribi potuerint, sive, si secundum id quod singulae columnae nobis superstites continent, quantum folia perdita continuerint, computaveris, integra duo folia. Ex quo sequitur codicem ita fuisse compositum, ut junctae quaeque plagulae sive ut verbo utar compacturae ad minimum ex quattuor foliis complicatis constarent i. e. quaternionum proprie dictorum extentionem assequerentur. Quod si tenueris, facilis est ad dijudicandum alterum quod habemus folium progressus. Id enim quum ab altera parte Amosi c. VIII, 10 — IX, 9, ab altera Michae c. II, 3 — III, 3 contineat, ex columnarum computo concludendum est, unum intra has partes interfuisse folium, quod Amosi prophetiarum finem et Michaicarum principium continuerit. Jam vero si bene rationati sumus, in codice ad minimum quaterna folia in unum corpus juncta fuerunt: duo ergo si his addideris, alius quaternio exorietur, cujus prima pagina, si secundum columnarum rationem judicas, circiter ex Amosi c. VI, 11 initium cepisse invenitur. Itaque duo habes plagularum corpora apud animum resuscitata, quorum alterum Hoseae partem (c. IV, 13 — XIII, 4 vel 5), alterum Amosi et Michae partes (Amos VI, 11 — Mich. V, 1) continuerit opus est. Quorum si prius ad posterius adhibueris, patet inter utrumque tantum spatii interfuisse, quod ad comprehendenda capita Hos. 13, 5 usque ad Amos VI, 11 suffecerit: quae capita si quot columnas effecerint computaveris, invenies quadraginta octo; is vero numerus integrum quaternionem exhibet. Ex qua re, laciniae illius auxilio adjutus, haud improbabilem trium codicis qualis olim fuit quaternionum notionem adeptus es. Sed fac, quod fieri potuisse quum non negaverim, verisimile tamen esse non arbitror, codicem ita fuisse ordinatum, ut non quaterna, sed octona quaeque folia colligarentur, hoc certe constat, duo illa quae supersunt folia non exteras compacturarum suarum fuisse partes, sed internas: quod si ita se habuit, mirari non possumus, signorum quae supra innui quaternionalium, quoniam ea nonnisi in exteris foliis inscribebantur, in his nullum conspici vestigium.

Denique ex ea foliorum nostrorum indole, qua non solum quaeque pagina eodem columnarum numero atque unaquaeque columna eadem versuum copia instructa est, sed characteres etiam formae aequalitate excellent, haud difficulter, quem totus codex quum integer esset ambitum habuerit, ratiocinando nanciscimur. Respicientes enim, quotam ea, quae in his foliis scripta sunt, impressorum quibus utimur s. scripturae exemplarium partem compleant, intelligimus hujus generis librum, si quod vix dubium est utrumque complectebatur testamentum, plus quater mille et quingentas paginas exhibuisse. Opus igitur fuit et splendidum et amplum, cujus solae membranae, si ex eo quod nunc est pergameni pretio aestimantur, plus quingentorum imperialium constiterint, scribendi operae ratione non habita.

Glossarum insignis copia tum in ea, cujus specimen dedi pagina, tum in reliquis, quae Hoseae textum praebent, membranarum partibus comparet; verum earum ne una quidem in altero folio, quod Amosi Michaeque fragmenta continet, legitur; scilicet sacri illius *σκοτεινοῦ* sententiae tales sunt, quae veterum non minus lectorum meditationem exercere potuerint, quam nostram

exercent. Quarum lectionem maxime difficilem esse jam observavi. Nam atramenti quo glossator usus est color per saeculorum decursum ita in fulvedinem abiit et compluribus in locis ita quasi emarcuit, ut a pergameni superficie itidem fulva ubique dignosci non possit; et membranae marginem plus uno loco aut ligaturae ferreis laminis laesum aut tineis perforatum esse specimen editum tibi repraesentat. Scriptionis genus minuscularium est, sed tale, quod generis uncialis aliquas reliquias sibi conservaverit. Conferas vocabula *INIqvitatis* in margine dextro, *sacrificabaNT* tertiae columnae sinistrorsum adscriptum, et graecum *ΕΠΙΛΕΜΤΙΚΟC*, in quo nonnisi unciales cernuntur characteres. Et quum multa inveniantur, quae manum habilem et expeditam produnt, ex. gr. arcta literae *e* cum aliis conjunctio, alia eandem rigidiorem etiam et a literarum juxta positarum facili promtaque connexione alienam demonstrant. Adde quod neque vocabula sibi finitima ullo separari solent spatio, neque interpunctionis ulla vestigia apparent. Non pauca abbreviata invenis vocabula: praeter $\overline{xp}$m. et d$\bar{s}$. passim ea leviter compendiata sunt, quae in *m* desinunt, cujus locum lineola obtinet vocali praecedenti vel super vel juxta posita; q u. scriptum est pro q u o d sive q u i a; syllabas a t u r uno in loco satis contractas vides; admodum audacem abbreviatorem noster iis in locis egit, ubi quod scriptum est m^{u}s secundum sententiarum connexum efferatur oportet per m u r i s, et per simplicem literam *d* vel d i c i t vel d i c u n t significari manifestum est. Singularis vero hujus scribae proprietas in eo cernitur, quod aliquas passim literas vicinis non juxta scripserit sed superposuerit: n^{u}ptiarent, pro^{p}(te r) et quidem nulla spatii angustia coactus, cujus rei documentum est illud q^{u}i, quod ad sinistrum tertiae columnae marginem in sinu majoris istius literae S depictum conspicis. Qua scribendi ratione bis eo consilio usus est, ut ipse eorum quae scripserat correctionem daret: io^{t}daeorum, et ido^{li}a. Neque enim calami lapsibus glossatoris nostri manus vacabat: scripsit enim l i b e r i n t pro l i b a v e r i n t sive l i b a r i n t, h a b i t pro h a b i t a t, semel particulam n o n videtur omisisse, nec non in versu textui adjiciendo lapsus est MULTITITUDINE — exarans; nam quod in eodem versu DILICTA pro DILECTA legitur et DEPOTATA pro DEPUTATA, id non glossatoris ingenio sive errori, sed veteri cuidam bibliorum exemplari, ex quo ille versum in membrana nostra omissum hausisse putandus est, deberi existimo. Quae vero glossator adnotanda esse duxit, ea vel ipsis textus verbis e transverso adjunxit, vel si longinquius intererat spatium, siglis adhibitis textui colligavit.

Nunc quum id potissimum agatur, ut cujus aetatis membranae nostrae sint diligenter inquiramus, quandoquidem magnum ejus quaestionis solvendae momentum in ipsarum glossarum indole cernitur, fieri non potest, quin statim ad earum editionem progrediamur; de qua monuisse sat erit, verba cursivis quos librarii dicunt characteribus impressa textus eas partes exhibere, ad quas singulae glossae pertinent, ea vero, quae lunulis inclusa sunt, in conjecturis qualibuscunque meis ad sanandos locos saucios susceptis esse posita. Quae vero singulis textus versibus vocabulisve adnotata inveniuntur, sunt haec.

Cap. VIII. Glossae margini adscriptae.

Hoseae VIII, 1 *velut aquila in domo Domini]* et in ea exaltantes se superbia sicut aquila repraehenduntur.

VIII, 3 *inimicum persecuti sunt sibi]* quod ipse sibi inimicum excit(at a)liter LXX sic velainus. [1])

VIII, 4 *regnaverunt et non per me]* quando ad roboam transierunt e domo dauid. [2])

---

1) Hujus vocabuli quum maximum sit pondus, licet in ea pagina, cujus simulacrum lithographicum exhibui, non inveniatur, descriptionem tamen eamque quod fieri potuit accuratissimam in specimine elaborandam curavi, quam quo melius a reliquis quae ibi scripta sunt discernere possis et lineis circumductis et asterisco apposito instruxi. Fateor me in legendo hoc nomine diu incertum haesisse, ita ut aliud quoddam illis literis expressum esse suspicarer: sicut latinus; sed hoc nec characteribus nec ceterorum glossae verborum sententia tantopere commendabatur, quanto quod supra posui uelainus sive, si quae lineola transversa disparuisse recte mihi videbatur, uelatinus; qui vir secundum hanc glossam s. scripturae vel saltem Hoseae prophetae vetus interpres, quum tot saeculis quod sciam inprotinus velatus fuerit, nominis mirabilem vim ipso mirabiliori quod passus est fato comprobavit. Sed vae nobis, si forte ipsi velatis incessissemus oculis, et vae pauperi clienti nostro, si ex tenebricosis bibliothecarum forulis modo ad dulcem revocatus vitam ab acriore nobis inquisitore crudelis justitiae ergo denuo capitis damnaretur! — Quod si fieret, obscura nobis restaret umbra Latini, novum item veteris alicujus s. scripturarum interpretis nomen; simulque larga nobis glossatoris nostri incultissimae dictionis accusandi materies ingereretur. Dicendum enim foret, illum in sententia per aliter introducta modo parum callido pro simplici et particulam sicut posuisse. Porro si quis per Latinum illum forte suspicaretur Hieronymum a glossatore dictum esse, is criminationem sine causa aggravare atque incredibile aliquid statuere videretur. Etenim fieri posse nego, ut ubi de latina quadam s. scripturae versione agitur, ab ullo homine sano alius versionis latinae autor simplici ac generali latini nota insigniatur.

2) Sic membrana pro Hieroboam. Istius erroris non tam historici quam grammatici origo in iis versionis LXX viralis codicibus posita est, in quibus singula quaedam, quae de Jeroboamo narrari debebant, scribarum vitio de Roboamo narrantur, quae vero Roboamo competunt de Jeroboamo referuntur. Quam per causam cum, quod mireris, effectum sit, ut aliqui lexicographi nostri affirmaverint Jeroboamum in versione LXX virorum tum Ἱεροβοὰμ tum Ῥοβοὰμ appellari, juvat ex Parsoni ad LXX apparatu critico eos colligere locos, ex quibus nominum illorum inter se commutatorum si qua sit ratio judicari potest. Ne quid dicam de II Paralipp. 12, 15 ἐπολέμησε Ῥοβοὰμ τὸν Ἱεροβοάμ, quem locum cod. 60 sic effert: ἐπολέμησεν Ἱεροβοὰμ πρὸς Ῥοβοάμ, simili ve loco III Regg. 14, 30, statim eos afferam, in quibus per metum scribarum errorem pro Jeroboamo introductus est Roboam. III Regg. 14, 13, ubi de poenis Jeroboamo infligendis ac de filio ejusdem morituro agitur (οὗτος μόνος εἰςελεύσεται τῷ Ἱεροβοὰμ πρὸς τάφον, ὅτι εὑρέθη ἐν αὐτῷ ῥῆμα καλὸν περὶ τοῦ κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ ἐν οἴκῳ Ἱεροβοάμ), contra sententiam codicis 44 scriba in priori loco posuit Ῥοβοάμ, in posteriori Ἱεροβ. retinuit. Item in loco II Paralipp. 11, 15 (κατέστησεν ἑαυτῷ ἱερεῖς .... τοὺς μόσχους, ἃ ἐποίησεν Ἱεροβοάμ) eo ineptius codex 93 Roboami nomen arcessit, quo propinquius antecedit Jeroboam. Similia locus III Regg. 15, 1 praebet (ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει βασιλεύοντος Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ναβὰτ βασιλεύει Ἀβιοὺ υἱὸς Ῥοβοὰμ ἐπὶ Ἰούδαν), ubi codex 236 inepte legit βασιλεύοντος Ῥοβοάμ. Sed sunt alii nonnullorum codicum loci, qui pro Roboamo introduxerunt Jeroboamum. Verba III Regg. 14, 25 (καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ πέμπτῳ βασιλεύοντος Ῥοβοὰμ ἀνέβη Σουσακίμ) ac parallela II Paralipp. XII, 2 codex 44 reposito Ἱεροβοὰμ ad Roboami adversarium refert. Ibidem 14, 28, ubi narratio de Roboamo his verbis clauditur: τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ῥοβοὰμ καὶ

Hoseae VIII, 4 *non per me principatum egerunt]* Samariae meminit quod non a deo illius regni constitutio.

» » *nescierunt me]* alienum a voluntate sua factum docet non tamen incognitum sibi dicit.

VIII, [1]) 9] solitudinem a deo enuntiat missam.

VIII, 14 *civitates muris circumdatas et inmittam ignem]* potentiam quae non est a deo destruendam dicit pius autem habit(at) etiam in civitate quae non habet muros et tutus est quia ignis pro ms. circumdat eum ad destructionem e(o)rum quae poterant eum nocere.

IX, 1 *Noli gaudere istrahel . . . quoniam fornicatus es]* majorem culpam poenae debet cui plus delatum est si non tenuit quam acceperit disciplinam.

» » *dilexisti munera in omnem messem tritici et area]* quia non de area sperant et dei fructibus d(icunt) enim illa accipiam triticum meum in tempore ejus et vinum meum in tempore ejus incertum enim fructum non expectant quibus probatur fides sed falsis daemonum promissis delectantur quae nonnumquam propter temptationem praeveniunt. [2])

IX, 2 *et torcular ignoravit illos]* *MICΘΩM-Ta* merces [3]) magis media est et ideo quasi meretriciam mercedem quaerit fornecaria neque de deo sperat denique ait ibo post amatores meos qui mihi dant panes. [4])

πάντα ἃ ἐποίησεν, codex 71 infert *Ἱεροβοάμ*. In illo de quo modo diximus loco III Regg. 15, 1 pro *Ἀβιοὺ υἱὸς Ῥοβοὰμ* cod. 19 lectori proponit *Ἱεροβοὰμ υἱός*. In ejusdem libri c. 12, 13 (*ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς τὸν βασιλέα Ῥοβοὰμ λέγοντες, ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε*) cod. 242 *Ἱεροβοὰμ* praebet. Denique in loco II Paralipp. 10, 17 (*ἐβασίλευσαν ἐπ' αὐτῶν Ῥοβοάμ*) re male intellecta scribae codicum IX. 44. 56. 64. 74. 106. 120. 121. 134. 158. 243 Roboamo Jeroboamum substituerunt. Itaque his librariorum erroribus innixi lexicorum illi autores inversa quidem ratione, sed eodem jure statuere debebant, Roboamum apud LXX passim *Ἱεροβοὰμ* nominari, id quod nullo modo concedi potest.

1) Haud dubito, quin ad hunc versum glossa referenda sit, licet membranae pars quae versum ipsum continuit sit abscissa. Nam et loco et sententia ad illum aptissima est. Versus legitur sec. LXX: *ἀνέθαλε καθ' ἑαυτὸν Ἐφραίμ, δῶρα ἠγάπησαν, διὰ τοῦτο παραδοθήσονται ἐν τοῖς ἔθνεσιν*, et apud Hieronymum: „germinavit apud semetipsum Ephraim, munera dilexerunt, idcirco tradentur in gentibus". Quae in primo membro in universum innuitur solitudo, ea in tertio per Deum missa describitur. Ceterum confer, quae infra disputabuntur (p. 23).

2) Haec a glossatore ad similitudinem vocis illius divinae prolata sunt, quae legitur Hos. II, 9: „vinum et oleum et argentum multiplicavi ei; ipsa autem argentea et aurea fecit huic Bahal; propter hoc convertam et auferam triticum meum in tempore suo et vinum meum et oleum meum in tempore suo". Quem textum habes in Munteri fragmentis p. 34.

3) Referas haec ad Hos. II, 12 qui locus secundum antiquam versionem sic legitur: „exterminabo vineam ejus et ficeta ejus, quoniam dixit: merces hae meae sunt (*μισθώματά μου ταῦτά ἐστιν*) quas dederunt mihi amatores mei", cfr. ib.

4) Ex verbis Dei apud Hos. II, 15: „fornicata est mater eorum, confusa est, quae peperit eos: dixit enim: vadam post amatores meos, qui mihi dant panes meos". Cf. Sabat. bibl. II, 892.

Hoseae IX, 3 *inhabitabit efrem in aegypto]* qui sacram et venerabilem terram acceperunt pollutam elegerunt.

IX, 4 *non libaverunt Domino]* nec habiti quasi nec lib(av)erint quoniam deus sacrificia nocentium pro non delatis habet.

» » *non placuerunt ei victimae eorum, sicut panis luctus ejus]* sacrificia eorum comparantur eorum epulis qui propter luctum inmundi sunt.

» » *omnes qui manducaverunt ea coinquinabuntur]* cum deberent bonis sanctificari sacrificiis.

» » *non intrabunt in domum domini]* quia sic inferuntur nec inferri videntur. [1])

IX, 6 *suscipiet eos memphis]* depraedationem babyloniorum timentes judaei in aegyptum ibunt et aegyptus per ipsos a babyloniis occupabitur sed etiam (ipsa aegyptus) ad adcusationem eorum conpraehensa est et ideo non salutem in ea inveniunt sed exitium.

» » *et spinae in tabernaculis eorum]* deserenda significans tabernacula.

» »] hoc est bona eorum et desiderabilia in perditione erunt.

IX, 7 *male tractabitur istrahel. sicut profetes]* profetes dictus et xps est ergo insania judaeorum multa futura adnunciatur in xpm.

» »] alibi qui alienatus est quia profetas insanos putabant et *ΕΠΙΛΗΜΠΤΙΚΟC* cum vera sibi adnunciarent et ipsi judaei non crederent.

IX, 8 *inspectus efrem cum deo]* sacras et caelestes visiones me(ru)isse dicit populu(m i)stra(hel non) quod o(mni)um fui(t s)ed praestantium qui profet(ae es)se m(eru)(e)rant commu(nis) tamen dignitas populi quia ex ipso pr(o)phetae sed hunc honorem perdiderant malis actibus quasi incedentes i(n) l(a)queum quia inretiti sunt erroribus dei beneficiis exciderunt.

» » *insaniam in domo dei confixerunt]* nihil gravius quam in domo dei peccare sicut in eli filiis qui suas voluptates sacrificiis praeferebant.

IX, 9 *corrupti sunt, secundum dies collis*] ubi sacrificabant idolis.

» »] collis magis alii gabaa d.

» » *memor erit*] ultima peccata superioribu(s) conparavit et exaggeratio(re) iniquitatis exemplo auget nam ea malitia quae fuerat gabaonitarum in tribu beniamin quam

---

1) Quamvis in templum inferantur, quoniam male offeruntur, habentur pro non illatis. Eadem sententia in glossa superiori exhibebatur. Cfr. Hos. VIII, 13: „si immolaverint hostias et comederint carnes, dominus non suscipiet eas“. Hieron. Opp. III, 1290.

imitata est tribus efrem sodomiticum scelus habet (i)deo quasi defor(mior) malitia exprimitur et contra naturam qua sceler(is) convertit naturam.

Hoseae IX, 10 *sicut speculum in arborem ficus*] sen(tentiam dei benevolam) habu(erun)t Judaei cum voc(aren)tur ita etiam graviore(m sen)tentiam cum offende(rent Deum) vocati sunt cito sicut ficus (pri)mitivum pomum election(em me)ruerunt sed miscendo se gentibus (el)ectionis gratia(m) perdiderunt.

» » *et ex conceptionibus*] filios (sig)nific(at).

IX, 12 *sine filis erunt*] non vel(ociter pun)ien(dos dicit est autem sae)vior poena (super eos) qui serius puniuntur quasi per moram.

IX, 13 *quemadmodum vidi in bestiam*] Sensus hic est quod electio populi (in deo) fundata sit sicut petra ita et plebs radicata in habitatione post aegyptum.

» » *adstiterunt filios suos*] quod peccata sua et ipsis et filiis necem intulerint.

IX, 14 *volvam quae natos non procreet*] ne gloriam habeant in generationibus filiorum.

IX, 16 *doluit Efrem radices ejus arefactae sunt*] similitudo ex arboribus in homines unde et dominus ficum arefecit.

XII, 3 *laboribus*] terrena eum [1]) . . . men aidom qui luctatus est cum angelo ut sciremus qu. per Christi incarnationem et passionem solvenda nostrae captivitatis esset erumna quod obstupefacto femore per symbolum declaratum est non quo humana angelicae praestiterit naturae sed poena soluta sit angeli enim vindicant et puniunt.

XII, 7 *chanaan*] chanaan populum significare videtur principes autem sodomorum priores eorum.

XII, 9 *tabernaculis*] alios dies festos. [2])

XII, 12 *istrahel*] historia sic habet q(uia p)ro rahel ser(vivit). [3])

Cap. IX. Num quid ex literaria glossarum indole de earundem aetate concludi possit.

Quas glossas considerantibus nobis quoniam quaeritur, num quid contineant quod ad originem earum atque aetatem circiter definiendam conferat, primum quidem monendum est, complura iis inesse, quae docta e fontibus longinquis derivatione non egeant. Etenim quae glossator ex. gr. ad Hos. IX, 1 de majore eorum, quibus plus delatum est culpa, vel ad IX, 4 de im-

---

1) Nonnulla quae vocem terrena eum vel praecesserunt vel secuta sunt, quum hoc loco membrana abscissa sit, desiderantur. Ceterum a veritate longinque non aberrabit, si cui secundum superstites glossae partes atque ipsum cui inserviunt versum (in utero supplantavit fratrem suum et in laboribus suis praevaluit Deo) sic restituenda videantur:

Pugna supernaturali vicit atque terrena. Eum legimus subisse certamen aidom etc.

Hoc enim vocabulum aidom, de cujus lectione dubitari nequit, idem videtur esse quod edom. Quod si verum est, glossator exemplar versionis LXX viralis habuisse censendus est, in quo pro Ἐδώμ legebatur Αἰδώμ. Sed haec incerta.

2) reliqua desunt, cultro abscissa.

3) Reliqua desiderantur, itidem praecisa.

piorum sacrificiis quae dicuntur pro oblatis non haberi, vel ad IX, 14 de hominum gloria in filiorum generationibus posita margini inscripsit, simplicissima sunt et quae ex ipsius ingenio facillime fluxerint. Etiam quae ille ex aliis s. scripturae partibus hausit, quivis s. scripturae lector ipse invenire potuit; ex. gr. quod ad praebendam loci Hos. VIII, 14, in quo de igne civitatibus immittendo agitur, expositionem opposita quaedam Dei verba quae apud Zachariam leguntur (II, 5 et ego ero illi murus igneus in circuitu) advocaverit, id non est quod ullo modo admiremur. Sed alia sunt, quae doctis illum explicandi s. textus adminiculis fontibusque literariis usum esse produnt. Versionis LXX viralis textum graecum ipsi cognitum fuisse, glossa ad Hos. VIII, 3 demonstrat, in qua quae latina versio praebet cum iis, quae Septuaginta dederunt, comparantur. Eadem utitur in disserendo Hos. IX, 2, ubi vocabuli δόματα sensum per aliam vocem ex Hos. II, 12 petitam i. e. μισθώματα explicat. Neque minus aliae sacri textus interpretationes vel latinae vel graecae ab illo in rem vertuntur. Etenim Velatinum sive quo demum nomine iste vir usus est, quem veterem interpretem fuisse certum est, ad Hos. VII, 3 laudat. Ubi vero agit de profeta qui extitit homo spiritalis (Hos. IX, 7, graece ὁ προφήτης ὁ παρεξεστηκὼς, ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος), postquam suam sententiam protulit, qua locum de Christo intelligendum dicit; aliam alibi verborum explicationem inveniri significat, scilicet: qui alienatus est quia prophetas insanos putabant et ἐπιλεμπτικος (sic). Quod unde hauserit, dubium esse nequit; namque ex Hexaplorum Origenianorum reliquiis comperimus, Aquilam illud vocabulum, quod LXX per παρεξεστηκὼς reddiderunt, interpretatum esse per ἐπίληπτος.[1]) Aquilae igitur versionem si non integram habuit, saltem ex parte legit, i. e. talem versionis LXX viralis editionem possedit, in qua, quod in excellentioribus apographis fieri solebat,[2]) veterum interpretum graecorum lectiones variae ad marginem erant notatae. Quam rem ne justo audacius statuere videamur, alia nobis praesto est glossatoris adnotatio ad Hos. IX, 13 adscripta, qui locus, licet ex antiqua versione sic fluat: efrem quemadmodum vidi in bestiam adstiterunt filios suos, a nostro his verbis exponitur: quod electio populi (in deo) fundata sit sicut petra ita et plebs radicata in habitatione post aegyptum. Quae rei explicatio fontem habet vel Theodotionis interpretationem, qui locum vertit εἰς πέτραν πεφυτευμένοι οἱ υἱοὶ αὐτῆς, vel Aquilae Symmachique versionem interpretantium ὡς ἀκρότομον πεφυτευμένην ἐν κατοικίᾳ;[3]) vel, ut dicam quod sentio, utramque; nam glossator sicuti quod habet petram Theodotioni acceptum refert, ita vocabula in habitatione Aquilae atque Symmacho. Verum si quis dixerit, haec omnia ex Hieronymi in Hoseam commentariis hauriri potuisse, in quibus legitur: Ubi nos posuimus *Ephraim ut vidi Tyrus erat*, Septuaginta interpretati sunt θήραν, id est *venationem*, sive *capturam*; Aquila et Symmachus et Theodotion *petram durissimam* id est *silicem* quae lingua Hebraica appellatur SUR, quod si legimus SOR, *Tyrus* dicitur,[4]) id quidem ea de causa praecise negandum esse censeo, quia quod Aquila Symmachusque habent ἐν κατοικίᾳ et noster reddit in habitatione apud Hieronymum non est memoratum. — Porro in eorum

1) Hexapl. Orig. quae supersunt, ed. Bahrdt, II, 638.

2) Cujus rei documentum habetur codex Barberinus, cfr. Blanchin. Evang. quadrupl. I, p. DXXXII.

3) Hexapl. II, 637.

4) Hier. Opp. III, p. 1297; Sabat. bibl. II, 902.

autorum numero, quibus ille usus est, Hieronymum fuisse tum per se probabile est, tum potest demonstrari. Nam quod ad Hos. IX, 9 ubi legitur: secundum dies collis memor erit adnotatur: magis alii, gabaa d(icunt), ejus fontem nonnisi apud Hieronymum invenimus, qui in nova quam ad textum Hebraeum exegit versione habet: sicut in diebus Gabaa, duplicemque hujus vocabuli explicationem, alteram de levitae uxore (Judd. 20), alteram de Saulo rege (I Sam. IX) in commentariis proponit.[1]) Cui si opponere volueris, hanc quoque vocem ex veteribus graecis V. T. interpretibus haustam videri, monuerisque, illorum quam habuisse videantur lectionem γαβαά, simul cum multis aliis temporum injuria pessundatam fore, equidem id fieri potuisse non nego, ab unoquoque tamen concedendum esse arbitror, istam quam proposui ex Hieronymi commentariis derivationem illa esse multo faciliorem eoque magis admittendam, quo certius glossatoris expositio atque ea, quam Hieronymus priori in loco profert, inter se conveniant. Deinde quod sub finem versus Hos. IX, 6, qui est: sepeliuit eos Machmas. argentum eorum interitus possidebit, et spinae in tabernaculis eorum, adnotatum videmus: bona eorum et desiderabilia in perditione erunt, quamvis et hoc ex Aquilae Symmachique versione (τὰ ἐπιθυμήματα) derivandum videri possit, rectius tamen Hieronymo autori assignatur, qui non solum in vulgata nova verba illa reddit: desiderabile argentum eorum urtica haereditabit, sed etiam in commentariis diserte ait: quod in Septuaginta dicitur *sepeliet eos Mamachas* in Hebraeo non habetur, sed MAMAD, quod appellatur *desiderabile*, et paucis post addit: *Desiderabile* argentum eorum quod urtica possedit, villas et omnia ornamenta villarum intelligemus, quae pretio emuntur argenti.[2]) Denique quod ad Hos. IX, 2 de mercede meretricia affertur, id in doctiori quadam observatione positum est, cui ea videntur ansam dedisse, quae Hieronymus in commentariis eloquitur: mercedem fornicationis tuae areas multas et torcularia reputasti, ut rerum omnium abundantia fruereris: ideo area et torcular triticum vinumque non facient.[3]) Utitur igitur Hieronymi commentariis, sed cum libere, tum parcissime utitur, strenuumque et honestum virum agit, qui quamvis alios bene noverit exegetas, aliena bona in rem quidem adhibet, sed non furatur. Qua de re ut certiorem etiam atque generaliorem persuasionem assequerer, placuit omnes qui nobis ex temporum ruina conservati sunt veteres Hoseae commentarios eo consilio perquirere, ut si quae scholiis nostris deprehenderem similia ea adnotarem. Itaque initio facto a fragmentis Origenianis, quae in Philocalia continentur[4]), quum neque in iis neque in Eusebianis rerum biblicarum expositionibus[5]) simile quiddam invenissem, ad Theodorum Mopsvestenum, Cyrillum Alexandrinum, Theodoretum Cyrenensem, Ruffinum Aquileiensem progressus in paucissimis quidem quae apud eos leguntur dubius haesi, sed tantam fere ubique illorum atque glossatoris nostri discrepantiam vidi, ut hujus sententias ex illorum operibus nullatenus derivari posse mihi persuaderem. Quod ultimum fuit, serioris quoque aetatis qui fuerunt Hoseae commentatores, Haymonem et Walafridum Strabonem sive quivis est glossae ordinariae

1) Opp. III, p. 1295.
2) Opp. III. 1293.
3) ib. 1292.
4) cf. Orig. contra Celsum ed. Spencer, App. p. 32—34.
5) cf. Eclog. prophet. ed. Gaisf. p. 111 etc. Demonstr. evang. ed. Gaisf. p. 570 etc.

autor, ad nostrum adhibui neque ulla hunc inter atque illos cognationis vestigia, immo plurima eorum inter se diversitatis documenta deprehendi.

Quae quantum faciant ad dijudicandam glossarum aetatem, facile intelligitur. Sicuti enim ab altera parte nihil uspiam in iis invenitur, quod nos ad Haymonis usque aetatem ut descendamus cogat, ita ab altera duo sunt, quae nos si per palaeologos licebit ad altiorem illarum autori aetatem assignandam provehant: tum graecae linguae peritia tam ampla atque habilis, qua ille graecarum Veteris Test. interpretationum suppellectilem apte posset adpetere sibique appropriare, tum exegetica quaedam libertas a serioris aetatis indole, qua s. scripturae commentatores nihil nisi vetera repetebant, quàm maxime aliena: unde sequitur glossas, si ex iis quae continent judicantur, uti ab aevo Carolingico recedunt, ita ad Cassiodori magis atque Epiphanii Scholastici tempora propius accedere; quibus ea quoque de causa maxime accommodatae videntur, quia autorem iisdem piis de electione sanctorum meditationibus devotum produnt, quibus non solum Augustini saeculum, sed totum illud aevum vario modo permotum fuisse et concilii Arausicani acta et Gregorii M. Isidorique scripta testantur.

Nunc vero quaeritur, utrum ea quae posuimus palaeographiae legibus confirmentur, an vero ita modificentur, ut in membrana forte non originale glossarum exemplar, sed earundem apographum quoddam seriori tempore scriptum exhiberi nobis persuadeatur. Quod quum vix ullam veri speciem habere videatur, maximopère gaudeo ejus mihi opinionis deverticulum minime esse quaerendum. Nam quum equidem propriae rerum archaeologicarum experientiae non ita confisus, ut non aliorum virorum sententiis potioribus judicium meum lubentissime subjicerem, nonnullis viris doctis scripturae specimen manu mea diligenter exaratum proposuissem atque ex iis petiissem, ut quae de illius aetate sentirent mecum communicare vellent, primum quidem C. Tischendorfius, non solius Saxoniae illud decus, pro ea quae in ipso est benigna in me voluntate amicissime monuit, ut a juniori aetate glossis tribuenda providenter abstinerem, quibus addidit, haec non scribae manum exarasse, sed docti alicujus viri; doctos vero homines jam tempore admodum vetusto, quo scribae unciali scribendorum librorum rationi etiam addicti fuerint, minuscularis characteribus esse usos. Quod videre mihi licuit in eo libro, qui Fuldensium omnium et vetustissimus et celeberrimus est, i. e. Novi Test. codice latino, a Bonifacio quondam ex Italia in patriam nostram advecto, in quo quaedam inveniuntur, quae Victor Capuanus anno p. Chr. n. DXLVI propria manu inscripsit. Qui codex quum uncialibus literis totus scriptus sit, Victoris tamen scriptura, licet a cursivo literarum genere aliquantum absit, ad minuscularios sane characteres vergit. Quorum specimen a me jam depictum fateor me huic dissertationi fuisse adnexurum, nisi spes mihi esset fore ut illius edendi alia mihi occasio eaque aptior propediem concederetur. Tum Bethmannus Guelferbytanus, priscarum rerum Germanarum clarissimus indagator, has glossas minusculario quidem scribendi genere consignatas esse, verum non eo quod proprie cursivum appelletur, sed erecto potius, quo docti homines Romani in iis quas ipsi exequebantur scriptionibus usi fuerint; neque in Germania illas, neque in Gallia, neque in Hibernia aut Anglia, neque in Hispania videri scriptas esse, sed in Italia, et quidem vel saeculo septimo vel temporibus hoc anterioribus. Quod quam praeclare cum iis quae ex glossarum argumento hausimus conveniat, manifestum est: unde sequitur vix erraturos nos esse, si illas septimo circiter saeculo vel sexto exeunti esse assignandas censuerimus.

Cap. X. De glossarum scriptura.

Cap. XI. De characteribus quibus versio scripta est.

Quod ad ipsam sacri textus versionem cui glossae appositae sunt attinet, inter doctiores nostri saeculi palaeologos convenit, characterum uncialium dijudicationem difficillimam esse. De qua re haud scio an quicquam doctius utiliusve legi possit quam quod vir celeberrimus G. H. Pertzius, quum de reperto aliquo historiae Livianae fragmento in Academia Berolinensi ageret, elocutus est.[1] Constat quidem in universum libros uncialibus literis scriptos eo junioris esse aetatis, quo magis ipsorum characteres ab erecta eorum forma, quos in antiquissimis lapidibus Romanis incisos videmus capitalesque appellare solemus, ad rotunditatem quandam recedant; eoque vetustiores, quo illis sint similiores. Ex qua regula fragmenti nostri scriptura evincitur haud exiguo temporis spatio antiquior esse, quam de quo dixi codicis Fuldensis scriptura, atque accedere ei, qua Blanchini codices Veronensis et Vercellensis ac Tischendorfii codex Palatinus scripti sunt, i. e. codices quarti vel quinti saeculi, id quod speciminum ab illis editorum cum nostro comparatione instituta exigitur. Sed haec norma, quoniam serioribus saeculis si qui libri splendide exornandi esse videbantur, antiquiorum codicum characteres imitatione exprimi solebant, ad libros mss. dijudicandos nisi circumspectissime adhiberi non potest. Bethmannus codicem, qui Pauli Diaconi sui historiam Langobardorum continet, reperit pulchris uncialibus scriptum; et quod magis mirabile est, Johannis gesta epp. Neapolit., qui liber anno DCCCLV originem debet, in codice uncialibus scripto inveniuntur. Quod si in libris historicis fiebat, suspicandum nobis est, saepius evenisse in libris liturgicis, qui quum in ecclesiis publice legerentur maximo splendore instrui solebant. Solis in characteribus quam parum confidi possit, testis est vetustissimus sane Psalmorum codex Alexandrino-Vaticanus numero XI signatus, cujus insigne specimen habes a Blanchino editum[2], qui liber ita comparatus est, ut si evolvitur in altera pagina Psalterii Gallicani, in altera Vulgatae novae textum repraesentet. Jam vero quae in illa prostant, characteribus omnium antiquissimis i. e. capitalibus scripta sunt, quales aevo Augusteo in lapidibus incidebantur, ut si solis oculis fueris confisus codicem conspicere tibi facile videaris, quem longe ante Hieronymum tempore scriptum judicaveris; quae in hac leguntur, uncialibus ad rotundam formam accedentibus exarata vides. Quae forma quum illa aliquanto sit junior concluditur, eundem scribam in eodem libro perficiendo duplice literarum scribendarum modo abusum esse, antiquiore altera ad singularem eorum quae scripsit autoritatem exprimendam electa, altera juniore qua quaecunque suo tempore scribebantur consignari solebant. Quibus ex causis fragmenta nostra, licet uncialibus ad formam vetustam pictis scripta sint, nisi alia exhibuerint antiquitatis indicia luculenta, altiori antiquitati certo judicio restitui non poterunt.

Cap. XII. Quibus indiciis fragmentorum nostrorum antiquitas confirmetur.

Sed horum quibus opus est documentorum unum jam idque minime contemnendum deprehendimus, dico glossas margini inscriptas. Cui enim libro per septimum jam sextumve saeculum quaedam scholia illata sunt, ei conspicua antiquitas abjudicari non potest.

Alterum est interpunctionis simplicitas et raritas, de qua supra vidimus. Ex qua fragmenta nostra Evangelio Palatino fere sunt aequiparanda.

---

1) cfr. Acta Acad. Berol. philosophico-historica 1847, p. 221.

2) Vindiciae canonicarum scriptt. CCXLVIII et CCXLIX.

Tertium in ea, qua unaquaeque pagina instructa est columnarum triplicitate cernitur. Nam quod Leonardus Hugius quindam de cod. Vaticano protulit, alios in libris antiquioribus singularum paginarum unam esse scripturae aream sive columnam vel etiam duas, Vaticanum vero tres omnino qualibet pagina areas aut columnas offerre, adeo ut si expansus ob oculos ponatur sex columnas simul uno intuitu complectamur, et quod concludit codicem scriptum fuisse, quo tempore a voluminibus ad libros transitum sit[1]), id de nostro qualis olim fuit codice valet, licet non oblongae formae sint folia, sed quadratae. Addit Hugius se non meminisse exstare aliud monumentum, quod ista attineat, cum Vaticano comparandum, nisi illustre fragmentum Dionis Cassii; idque recte illo tempore dixit, quo alii ejusdem generis codices non innotuerant. Semperque fateor rara eorum fore exempla, quandoquidem in universum pauci sunt libri, qui ex summa antiquitate ad nos pervenerint. Sed tamen aliquanto plura nobis quam Hugio nota sunt, quorum nomina collecta vides in prolegomenis versionis V. T. Alexandrinae a Tischendorfio editae[2]). Huic ipsi felicissime contigit, ut codicem ms. in Oriente reperiret, qui columnarum numero reliquos omnes superat, antiquissimum aio codicem Friderico-Augustanum, cujus singulae paginae quaternas columnas continent, ita ut liber si expanditur clarius quam ullus alius voluminum simulacrum reddat. Quum his studiis incumberem, duo et mihi illius triplicitatis exempla theologis ut videtur minus trita innotuerunt, quae quum rei nostrae inserviant, hic arbitror esse adnotanda. Nam quod Pertzius nuper eruit folium, quod ipsi videbatur Livianum, fragmentum codicis est, quem sagacissime vir clarissimus demonstravit in unaquaque pagina tres columnas exhibuisse[3]). Et cum Maccabaeorum libri secundi versionem antiquam ab Amedeo Peyronio ex codice Bobiensi editam perlustrarem,[4]) incidi in orationum Ciceronianarum fragmenta ex palimpsestis Ambrosianis ab Angelo Maio eruta, eodem columnarum numero insignia, quae quidem editor celeberrimus ad secundum vel tertium aevi christiani saeculum pertinere iudicavit[5]). Quae omnia quum ita comparata sint, ut columnarum triplicitas certum antiquitatis indicium esse pateat, fragmenta nostra eadem ratione excellentia antiquissima esse suspicio certa accrescere nobis videtur.

Quartum ejusdem rei signum in vetusta forma vocabuli ISTRAHEL, qua hujus versionis sive autorem sive scribam constanter uti videmus, positum est. Eam enim formam in antiquissimis quibusque latinarum s. textus versionum usitatissimam et quasi solemnem fuisse, Blanchini codices Veronensis et Vercellensis testantur.[6]) Quibus accedit Evangelium Palatinum, in quo et

1) De antiquitate codicis Vaticani commentatio, Frib. 1810, p. 12. 13.

2) Vetus test. graece juxta LXX interpp. p. XLIX.

2) Acad. Berol, phil. hist. 1847, p. 228.

4) Cfr. M. Tullii Ciceronis orationum pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita, Stuttg. et Tub. 1824, cfr. p. 15.

5) M. T. Ciceronis trium orationum . . partes ineditae . . invenit, recensuit, notis illustravit Angelus Maius. Mediol. 1814. Cfr. quod in praefationis p. XII refertur, grandibus et pulcherrimis literis eam constare scripturam et in tres unamquamque pagellam columnas distingui. Quae res ea de causa minus videtur a doctis hominibus observata esse, quod in tabula lithographica, qua editor librum instruxit, nonnisi una columna depicta est. Multo dilucidius quae res sit ex Peyronii editione, in qua tres ubique columnas ad similitudinem codicis vides impressas, perspicitur.

6) Conferantur qui in Evang. quadrupl. exstant, Veronensis codicis hi loci: Matth. II, 6. 20. 21; VIII.

Isdrahel et **Isdrahelites** invenitur.[1]) Atqui codices aliquanto juniores Brixianus, Corbejensis ab illis differunt, Brixianus modo Sdrahel, i. e. Isdrahel,[2]) modo Israhel[3]) praebendo, Corbejensis Brixiano junior Israel scribendo.[4]) Antiquissimi vero Vulgatae novae testes codd. Amiatinus[5]) atque Fuldensis[6]) constanter Israhel scribunt. Dein quum in antiquissimo codice graeco i. e. Vaticano, cujus dolendum quidem est simulacrum tam perfectum, quale Friderico-Augustani est, adhuc desiderari, tum secundum amplum illud quod in Blanchini Vindiciis habetur specimen,[7]) tum secundum editiones legatur ICRAHΛ, cui formae neque cod. Friderico-Augustanus[8]) neque cod. Alexandrinus[9]) neque cod. Ephraemi Syri[10]) contradicunt, in quibus vocabulum per compendia vel ICΛ vel IHΛ exhiberi solet, suffragantur vero codices Claromontanus[11]) et Sangallensis,[12]) formam ICPAHΛ affirmantes, suspicando locus datus est, vetustas illas formas

---

10; X, 6. 23; Joh. I, 47. 49 (i. e. ex Blanchini versuum numeratione; alibi iidem versus numeris 48 et 50 significantur); ib. III, 10: XII, 13; Luc. I, 68. 80; II, 32; Marc. XII, 29; qui formam Istrahel ad unum omnes exhibent. Eandem formam iisdem Evangeliorum locis codex Vercellensis praebet, excepto Luc. II, 32, ubi in impresso quidem exemplari legitur forma Israhel, quae errori forte typographico potius adscribenda est quam ipsi libro manuscripto.

1) Cfr. Joh. I, 48. 50; III, 10; XII, 13; Luc. I, 68. 80; II, 32.

2) Cfr. Matth. II, 6. 21; X. 23; Luc. I, 68. 80; II, 32.

3) Cfr. Matth. II, 20; VIII, 10; X, 6; Joh. III, 10; XII, 13.

4) Cfr. Matth. II. 6. 20. 21; VIII, 10; X, 6. 23.

5) Cfr. Matth. II, 6. 20; VIII, 10; X, 6. 23; Mr. XII. 29; XV. 32; Luc. I, 68. 80; II, 32.

6) Codicem ms. ipse vidi; cff. praef. nr. XIII; Luc. I, 68. 80; Matth. II, 6. 20; Joh. I, 48. 50; Matth. X, 6.

7) p. XXX (bis). Nam quod in Evang. quadr. editum est codicis Vatic. specimen locos quosdam exhibet, in quibus hoc vocabulum non exstat.

8) Contuli Frid.-Augustani eam partem, quae Paralipomenorum prioris libri fragmenta continet, locisque longe plurimis ICΛ scriptum inveni; cfr. XII, 32. 38 (bis). 40; XIII, 2. 5; XIV, 2. 8; XV, 12. 26. 28; XVI, 3. 4. 17; XVII, 5. 6. 7. 9. 10. 21. 24; XVIII, 14; XIX, 17. Rarius IHΛ legitur; quod non inveni nisi XIV, 2; XV, 3; XVI, 13; XVII, 6. 22 et XIX, 10.

9) In cod. Alexandrino frequentissimum est compendium IHΛ, ipsis in rubris Prophetarum Hoseae et Amosi versibus initialibus adhibitum; praeter quos locos cfr. Hos. I, 5; Mich. I, 5; Zachar. I, 20; XII, 1; Mal. I, 1; Jes. VII, 1; Jer. IV, 1; Bar. II, 1; III, 1; Thren. I, 1; Ezech. XLVII, 22 (bis) I Macc. I, 11. 20. 25. 31. 43(bis). 58. 62. 64; III Macc. II, 6. 10. 16; VII, 23. Rarius ICΛ inveni: cf. I Macc. I, 36. al. Quod reliquas s. scripturae partes attinet, eas quum ipse nonnisi secundum Baberi tomum haberem Gottingae pro me contulit vir maxime reverendus Schoeberlein, theol. professor, atque IHΛ invenit Gen. XXXII, 28. 32; XXXIII, 20; XXXIV, 7; Exod. XIV, 2. 5. 8; XVII, 1; XIX, 1; XXV, 2; Lev. I, 2; XI, 2; Num. I, 2. 3; VI, 2; Deut. I, 1. 3; VI, 3. 4; Judd. I, 1; III, 1; I Regg. IV, 1. 2; II Regg. V, 1; III Regg. IV, 1; IV Regg. I, 1; ICΛ vero I Regg. VIII, 1 et III Regg. VIII, 1. In Novo Test. quod a Woidio editum est solum IHΛ scriptum vidit Marc. XII, 29; XV, 32; Luc. I, 68. 80; Joh. I, 50; III, 10; XII, 13; Act. VII, 37. 42; I Cor. X, 8. Quae compendia utraque pure legenda esse Israel, evincit Joh. I, 48, ubi scriptum est ICPAHΛITHC.

12) Hujus fere eadem est ratio, quae Alexandrini codicis. Multo enim frequentior in eo forma IHΛ quam ICΛ: cfr. Sirac. XVII, 18; XXXVII, 25; Matth. II, 6. 20. 21; VIII, 10; X, 6; Marc. XII, 29: XV. 32; Luc. I, 68; I Cor. X, 18; Gal. VI. 16; qui loci omnes IHΛ habent. Formam ICΛ nonnisi inveni Act. VII, 37. 42; sed plenam ICPAHΛEITAI Act. II, 22.

11) Cfr. Tischendorfii edit. I Cor. X, 18; Gal. VI, 16, ubi in gr. textu ICPAHΛ, in lat. ISRAHEL legitur.

12) Cfr. Rettigii edit. Matth. II, 6. 20; VIII, 10; X, 6; Marc. XII, 29; XV. 32; Luc. I, 68. 80; Joh. I, 50; III, 10; XII, 13, quibus in locis omnibus ICΛ scriptum est; plena vero forma ICPAHΛ (latine: i s r l) legitur Matth. II, 21 et ICPAHΛITHC (latine; israelita) Joh. I, 48.

per Hieronymi versionem novam secundum textum originalem adornatam ex universali ecclesiae latinae usu exactas sensimque remotas esse.[1]) Nostra ergo fragmenta, in quibus a forma **Istrahel** nuspiam receditur, scripta sunt, quo tempore vetusta vocis pronuntiatio ab Hieronymo philologo nondum erat interpellata.

Denique ipse versionis tenor is est, qui longinquae eorundem antiquitatis auctoritatem stabiliat. Nam rusticam eam simplicitatem, qua omnes quaecunque superstites sunt antiquarum versionum latinarum reliquiae ita excellunt, ut quasi genuino antiquitatis sigillo videantur esse obsignatae, ortam illam ex viva interpretum qua originalem textum graecum prosequebantur reverentia, fragmentorum nostrorum partes omnes ac singulae luculentissime efferunt. Quid quod in ipsis vitiis, quae in eis aliqua deprehenduntur, insignis eorum antiquitatis argumentum positum est: quorum ut exemplum praebeam, illius glossae mentionem facio, quam in textum irrepsisse prima statim indicatur versionis columna vitiis; enim latinas, quae ante Hieronymum fuerunt, maculatas fuisse Hieronymus ipse testatur. Qua in re si quis certum antiquitatis documentum inesse ea de causa negaverit, quia per longa post Hieronymum tempora antiquarum versionum usus in ecclesia fuerit continuatus, oppono maximum esse discrimen inter continuatam librorum communi usu receptorum lectionem et novam librorum scriptionem. De hac quidem si agebatur, postquam Hieronymiana vel latini textus LXX viralis emendatio vel nova ex textu hebraeo versio in publicam hominum notitiam venerat, persuaderi nullo modo nobis potest, ullam ecclesiam pro emendato textu veterem qualis vitiis oppressus erat electuram atque repetituram fuisse. Ubi moneo, ne quis quaestionem de Vulgatae novae autoritate diu in ecclesiis non agnita huic disputationi ingerere velit; de qua re inter eruditos dubitari nequit. Nam bene quidem novimus, Vulgatae veteris ab ipso etiam Cassiodoro, quum monasterium suum libris instrueret, apographum quoddam fuisse provisum; iidem vero non ignoramus, textum quem ille in usum monachorum descri-

---

1) Quae de vocabulo Istrahel in antiquissimis latinae s. scripturarum versionis codicibus obvio disputavimus, quum collato codice **Cantabrigiensi** confirmantur, tum eidem ab aliqua parte accuratius cognoscendo atque judicando inserviunt. Nam primum quod ad latinum illius textum spectat, is eandem fere in adhibendo illo vocabulo rationem sequitur, quam sequi diximus codicem Brixianum, in quo quum frequentior sit impura forma, pura tamen etiam legitur. Illam enim i. e. **Istrahel** in cod. Cantabrigiensi inveni Joh. XII, 13; Luc. I, 80; II, 32; Marc. XII, 29; XV, 32; Act. II, 22. 36; IV, 8. 10; V, 21. 32. 35; VII, 23. 37. 42, hanc i. e. **Israhel** Matth. II, 6. 20. 21; X, 6. 23; Luc. I, 68. Quod vero graecum textum attinet, singularem omnino Cantabrigiensis codex praebet speciem. Nam plurimis quidem in locis reliquorum codicum graecorum instar habet ICPAHA, cfr. Matth. II, 6. 20. 21; X, 6. 23; Luc. I, 68. 80; Marc. XV, 32; Act. II, 22. 36; IV, 8. 10; V, 21. 32. 35; VII, 23. 37. 42, sed sunt itidem loci, in quibus ICTPAHA legitur; cfr. Joh. XII, 13; Luc. II, 32; Marc. XII, 29. Quorum quidem ea est comparatio, ut graecum ICTPAHA latino ISTRAHEL respondeat neque inveniatur, ubi a latina versione pura forma ISRAHEL praebetur. Unde nisi omnia me fallunt apparet, quod aliqui viri docti suis documentis ducti contenderunt, graeco illius textui quandam vim illatam esse per peculiarem latini textus conformationem. Quicquid igitur Hugius in docta Novi Test. isagoge contradicit, recte Wetstenium judicasse patet quum diceret, illius codicis scribam ad latinam scribendi rationem passim Graeca refinxisse, cujus rei documenta vel formas quasdam *σαμαριτάνων*, *λεπρώσου*, *φλαγελλώσας*, *πέτρους*, vel verborum constructiones *κατεγέλων αὐτὸν*, *δεήθητε τὸν κύριον*, *ἠκούσαμεν αὐτὸν* similiaque alia attulit (cf. Wetstenii proleg. p. 30).

bendum curavit non vitiosum veterem, sed ab Hieronymo emendatum fuisse.[1]) Simili modo si quis homo dives vel si qua ecclesia codicis tam splendidi, qualem nostrum fuisse supra demonstratum est, condendi consilium cepit, dubitandum vix est, quin, si jam extitisset aut longinquis innotuisset textus emendatus, emendatum pro inemendato elegisset. Quod quum factum non fuerit, concludimus, codicem nostrum scriptum esse antequam Hieronymiana textus emendatio ecclesiis vel data fuerit vel saltem antequam per omnes Italiae ubi scriptus esse videtur partes innotuerit.[2])

Quibus omnibus perpensis, ineunte saeculo quinto scripta esse quae in membranis nostris leguntur censemus. Quo de judicio clarissimos viros doctos, quos autores mihi electos fuisse supra dixi, Tischendorfium et Bethmannum, quibus Carolum Pertzium adnumero Georgii Henrici filium de Liciniano quem Londini descriptum brevi editurus est meritissimum, mecum consentire tum mihi summo fuit gaudio, tum iis qui haec legent exoptatam praebebit rei confirmationem.

Cap. XIII. Sequuntur antiquae versionis Fuldensia.

Sed haec satis esse arbitror. Quod restat ad eorum, de quibus prolusimus, editionem progredimur.

Quorum quum duas esse partes dixerimus, alteram nonnullorum verborum singulorum inter se non cohaerentium, alteram majorum aliquorum fragmentorum, primum illa, tum haec proferentur. In quibus inprimendis aegre fero interpunctionis notas, licet simplicissimae sint, a typographo meo non eadem ratione qua in membranis exhibitae sunt exhiberi potuisse. Ubicunque ergo in fine commatum puncta vides medias ad literas appicta, ibi eadem quaeso supra literarum capita dextrorsum posita esse tibi imagineris.

Itaque singula sunt

PULOETSUBAR (Hos. IV, 13)
CABANTETPO (ib. 14)
ADDOM· QUO (ib. V, 5)
DERELIQUERUNT (ib. 7)
ETINLABORIBUS (ib. XII, 3)
NIA· CHANAAN (ib. 7)
TABERNACULIS (ib. 9)
UITISTRAHELIN (ib. 12)
BAHALIMETMOR (ib. XIII, 1)
SICUTPULVIS (ib. 3)

Majora vero sequuntur haec.

---

1) Cassiodori opp. ed. Venet. p. 516. 517. In libro de instit. divin. litt. Cassiodorus postquam de Hieronymi atque Augustini s. scripturae divisionibus agens libros V. Test. ab Hieronymo in latinum sermonem de hebraeo fonte transfusos esse dixit addiditque, sese hunc pandecten in quaternionibus LV conscribendum aestimasse (c. 12), rem sic persequitur: „tertia divisio est inter alias in codice grandiore ... qui habet quaterniones XCV, in quo LXX interpretum translatio ... continetur ... Hic textus multorum translatione variatus (sicut in prologo Psalterii positum est) patris Hier. diligenti cura emendatus compositusque relictus est (c. 14).

2) Pro Italia codicis patria, praeterquam quod glossarum illi inscriptarum autorom virum quendam Romanum fuisse suprà vidimus, clarissimo Bethmanno id facere visum est, quod abbatiam Fuldensem quum conderetur maxime a papis Romanis librorum copia instructam fuisse perquam probabile sit.

INTERRAAEGYP	NAUERUNT ET	T . . . . . .
TI· INSINUEORUM·	NONPERME	T . . . . . .
SICUTTERRAUEL	PRINCIPATUM	T . . . . . .
UTAQUILAINDO	EGERUNTETNES	E . . . . . .
MODMI· EOQUOD	CIERUNTME·	F . . . . . .
PRAEUARICAUE	ARGENTUMSU	U . . . . . .
RUNTTESTAMEN	UMETAURUM	U . . . . . .
TUMMEUM·	SUUMFECERUNT	E . . . . . .
ETADUERSUSLE	SIBISIMULACRA·	N . . . . . .
GEMMEAMIN	QUEMADMO	J . . . . . .
PIEEGERUNT· IN	DUMADNIHIL	T . . . . . .
MEPROCLAMA	REDIGANTUR·	F . . . . . .
BUNTDICENTES·	CONIRIUITULUM	E . . . . . .
SCIUIMUSTE	TUUMSAMARIA·	E . . . . . .
QUIAISTRAHEL	EXACERUATUS	D . . . . . .
AUERTUITBO	ESTFURORME	DE . . . . . .
NAHAECDICE	USINEOS· QUO	IS . . . . . .
BANT· PROPTER	USQUENONPO	T . . . . . .
QUODNONIN	TERUNTMUN	O . . . . . .
TERROGABANT	DARIINISTRA	U . . . . . .
DOM· INIMI	HEL· ETIPSUM	Q . . . . . .
CUMPERSECU	FABERFECIT· ET	D . . . . . .
TISUNTSIBI· REG	NONESTDS· PROP	S . . . . . .

Hos. VII, 16—VIII, 4. | VII, 4—6. | Scriptum hic fuit VIII, 6—9.

. . . . . E	EORUM· ETUL	NOLIGAUDERE
. . . . . T	CISCETURPEC	ISTRAHEL· NEQUE
. . . . . .	CATAEORUM·	AEPULARISICUT
. . . . . .	IPSIINAEGYP	POPULITERRAE·
. . . . BVS·	TUMREDIERUNT·	QUONIAMFOR
. . . . . A	ETINTERASSY	NICATUSESADO·
. . . . . UI	RIOSINMUN	TUO· DILEXISTI
. . . . . UM	DAMANDUCA	MUNERAINOM
. . . . . .	BUNT· ETOBLI	NEMMESSEM
. . . . . N	TUSESTISTRA	TRITICIETAREA·
. . . . . R	HELIPSUMQUI	ETTORCULAR
. . . . . M	FECITEUM· ET	IGNORAUITIL
. . . . . EC	AEDIFICAUE	LOS· ETUINUM
. . . . . NT	RUNTTEMPLA·	FEFELLITEOS·
. . . . . AE	ETIUDASREPLE	NONINHABI
. . . . . ER *	UIT· CIUITATES	TAUERUNTIN
. . . . . MO	MURISCIRCUM	TERRADMI· IN
. . . . . AR	DATASETINMIT	HABITABITEFREM
. . . . . N	TAMIGNEMIN	INAEGYPTOET
. C	CIUITATESIPSI	INTERASSYRI
. IC	US· ETCOMEDET	OS· INMUNDA
. I	FUNDAMENTA	MANDUCABUNT
. . . . . M	EORUM	NONLIBAUE
Scriptum fuit Hos. VIII, 9—13	Hos. VII, 13—14	IX, 1—4

* ad marginem hic legitur: (SCRI)BAMEIMULTITITUDINE ETLEGITIMAEIUSINALIENADEPOTATA SUNTSACRARIADILICTA (VIII, 12).

RUNTDMO· UI
NUMETNON
PLACUERUNT
EIUICTIMAEEO
RUM· SICUTPA
NISLUCTUSEIUS
OMNESQUI
MANDUCAUE
RUNTEACOIN
QUINABUNTUR·
PROPTERQUOD
PANESEORUM
INANIMASEO
RUM· NONIN
TRABUNTINDO
MUMDMI·
QUIDFACIETISIN
DIEMERCATUS·
ETINDIESOLLEM
NEDMI· PROP
TERHOCECCE
IBUNTEXINFE
LICITATEAECYP

IX, 4—6.

TI· ETSUSCIPIET
EOSMEMPHIS
ETSEPELIUITEOS
MACHMAS· AR
GENTUMEORUM
INTERITUSPOS
SIDEBIT· ETSPI
NAEINTABER
NACULISEORUM
UENERUNTDIES
ULTIONISTUAE
UENERUNTDI
ESPERDITIONIS
TUAEETMALE
TRACTABITUR
ISTRAHEL· SICUT
PROFETESQUI
EXTITITHOMO
SPIRITALIS· AMUL
TITUDINEINI
QUITATUMTUA
RUMREPLETUS
INSANIAEIN

IX, 6—7.

SPECTUSEFREM
CUMDEOPRO
FETES· LAQUEUS
PRAUUSINOM
NIBUSUIISIPSI
US·
INSANIAMINDO
MODEI· CONFI
XERUNTCORRUP
TISUNT· SECUN
DUMDIESCOLLIS
MEMORERIT·
DABITURINIUS
TITIAEORUM
ETULCISCETUR
PECCATAEORUM·
SICUTUUAMIN
DESERTOINUE
NIISTRAHELET
SICUTSPECULAM
INARBOREM
FICUS· MANE
UIDIPATRESIP

IX, 8—10.

SORUM· IPSIIN
TROIERUNTAD
BEELPHEGOR· ET
ALIENATISUNT
INCONFUSIO
NEMETFACTI
SUNTQUIERANT
DILECTISICUT
ABOMINANDI
EFREMSICUT
AUISEUOLABIT
GLORIAEORUM·
EXUSURISETEX
INIQUITATIBUS·
ETEXCONCEPTIO
NIBUS·
PROPTERQUODSI
ENUTRIERINT
FILIOSSUOS· SI
NEFILISERUNT·
ABHOMINIBUS·
PROPTERQUOD
UAEILLISEST

CAROMEAEX
IPSISEFREMQUEM
ADMODUMUI
DIINBESTIAM
ADSTITERUNT
FILIOSSUOS· ET
EFREMUTPRO
DUCERETINCON
FIXIONEMFILI
OSSUOS· DAILLIS
DME· QUIDDA
BISILLIS· DAILLIS
UOLUAMQUAE
NATOSNON
PROCREET· ET
MAMILLASARI
DAS· ETOMNES
MALITIAEILLO
RUMINGALGA
LA· QUIAIBIILLOS
ODIUIPROPTER
MAGNASADIN
UENTIONES

IPSORUM· DEDO
MOMEAEICIAM
EOS· NONADI
CIAMUTDILIGAM
EOS· OMNES
PRINCIPESEO
RUMINCREDI
BILES· DOLUIT
EFREMRADICES
EIUSAREFAC
TAESUNT· ET
FRUCTUMNON
ADFERET· PROP
TERQUODETSI
GENERAUERINT
OCCIDAMDESI
DERIAUENTRI
UMEORUM·
ABICIETILLOSDS·
QUONIAMNON
OBAUDIERUNT·
EUM· ETERUNT
ERRANTESINTER...

PROFETA

SUNTSICUTDIEM	CIENTUIRGINES	. . . .
DOLORIS	BONAEETIUUE	. . . .
ECCEDIESUENIENT	NESELECTIIN	. . . .
DICITDMS· ET	SITIM· IURAN	. . . .
INMITTAMFA	TESPERPROPITIA	. . . .
MEMSUPERTER	TIONEMSAMA	. . . .
RAMNONFA	RIAEETDICEN	. . . .
MEMPANISNE	TESUIUITDSTU	. . . .
QUESITIMAQUAE	USDANETUIUIT·	. . . .
SEDFAMEMAD	DSTUUSBERSA	. . . .
AUDIENDUM	BEE· ETCADENT	. . . .
UERBUMDMI·	ETNONRESUR	. . . .
ETMOUEBUN	GENTUMQUAM	. . . .
TURAQUAEUS	UIDIDOM· STAN	. . . .
QUEADMARE	TEMSUPERAL	. . . .
ETABAQUILONE	TAREETDIXITMI	. . . .
USQUEADORI	HIFERISUPER	. . . .
ENTEMPERCUR	PROPITIATORI	. . . .
RENTQUAEREN	UM· ETMOUE·	. . . .
TESUERBUM	BUNTURLUMI	. . . .
DMI· ETNONIN	NARIAETCON	. . . .
UENIENT	CIDEINCAPITA	. . . .
INILLODIEDEFI	OMNIUM· ET	. . . .

Amos VIII, 10—13. VIII, 13—IX, 1. Scriptum fuit IX, 1—3.

Quod in titulo hujus paginae posui PROFETA, in membrana quidem hic admodum detrita non invenitur, sed cum propter reliquarum paginarum similitudinem, tum quia in latere adverso Osee legitur, restitui debuit.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . .

Scriptum fuit Amos IX, 3—5.

ETLUGEBUNTOM
NESCOMMO
RANTESINEAET
ASCENDETSIC
UTFLUMENCON
SUMMATIOE
IUSETDESCEN
DETSICUTFLU
MENAEGYPTI·
QUIAEDIFICATIN
CAELUMASCEN
SIONEMSUAM·
ETREPROMIS
SIONEMSUAM
SUPERTERRAM
FUNDATQUIAD
UOCATAQUAM
MARISETEFFUN
DETEAMSUPER
FACIEMTERRAE
DMS· NOMEN
ESTEI
NONNESICUTFI

IX, 5—7.

TIAETHIOPUM
UOSESTISMIHI
FILIISTRAHELDI
CITDMS· NON
NEISTRAHELRE
DUXIEXAEGYP
TO· ETALIENIGE
NASEXCAPPA
DOCIA· ETSYROS
DEFOUEA· ECCE
OCULIDMI· DEI·
SUPERREGNUM
PECCATORUM·
ETAUFERAMIL
LUDAFACIETER
RAE· ADTAMEN
INCONSUMMA
TIONEMNON
AUFERAMIA
COBDICITDMS·
PROPTERQUOD
ECCEEGOPRAE
CIPIOETTRITU

IX, 7—9.

MALAEXQUIBUS
NONLEUABITIS
CERUICESUES
TRASETNONIBI
TISRECTISUBI
TO· QUONIAM
TEMPUSMALIG
NUMEST· INIL
LADIESUMETUR
SUPERUOSPA
RABOLAETFLEBI
TURFLETUSIN
PARTEDICENTIUM·
MISERIALABORA
VITPARSPOPULI
MEI· MENSURA
TAESTINFUNICU
LO· ETNONFUIT
QUIPROHIBERET
EUMUTREUER
TERENTUR· AGRI
VESTRIDISPER
SISUNTPROP

TERHOCNONERIT
TIBIQUIMITTAT
FUNICULUMIN
SORTE· INECOLE
SIADMI· NOLITE
LACRIMARILA
CRIMIS· NEQUE
LACRIMENTUR
INHIS· NONE
NIMREPELLET
OPPROBRIUM
OMNISQUIDI
CITDMS· IACOB
INTRAEXASPE
RAUERUNTSPI
RITUMDMI·
QUIAHAECSUNT
ADINUENTIO
NESEIUSNON
NEUERBAEIUS
BONASUNTCUM
EO· ETRECTAABIE
RUNTETPALAM

PLEBSMEAINI
MICITIAMRES
TITITCONTRAPA
CEMSUAMPEL
LEMEIUSDECO
RIAUERUNT· UT
NEAUFERRENT
SPEMTRIBULA
TIONISBELLI
PROPTERHOCDU
CESPOPULIMEI·
PROICIENTUR
DEDOMIBUS
AEPULATIONUM
SUARUMPROP
TERMALASAD
INUENTIONES
SUAS· REPULSI
SUNT·
ACCEDITEINMON
TIBUSAETERNIS
SURGITEETITE
QUIANONEST

UOBISHAECRE
QUIES· PROPTER
INMUNDITIAM
CORRUPTIESTIS
CORR·UPTIONEM·
PERSECUTIONEM
PASSIESTISNUL
LOPERSEQUEN
TE· SPS· STETITIN
TEMENDAX· STIL
LABITTIBIINUI
NUMETINEBRI
ETATEM· ETERIT
EXSTILLICIDIO
PLEBISHUIUS
CONGREGATIO
NECONGREGA
BITURISTRAHEL·
CUMOMNIBUS
SUSTINENSSUS
TINEBORESIDU
OSISTRAHEL· SU
PEREUNDEM

PONAMAUERSIÓ
NEMEORUM
SICUTOUESIN
TRIBULATIONE·
VELUTGREGES
DEMEDIOCUBI
LISUO· EXILIENT
ABHOMINIBUS·
PROPTERINCI
SIONEMAFACIE
EORUMINTER
CIDERUNT· ET
TRANSIERUNT
PORTAM· ETEXIE
RUNTPEREAM·
ETEXIUITREX
EORUMANTE
FACIEMEORUM·
DMS· AUTEMREC
TORERITEORUM
INTEMPORE·
AUDITEIGITUR·
HAECPRINCIPES·

IACOB· ETRESIDUI
DOMUSISTRAHEL·
NONNEUOBIS
ESTUTCOGNOS
CATISIUDICIUM·
ODIENTIBUSBO
NAETQUAEREN
TIBUSMALA· RA
PIENTIBUSPEL
LESEORUMAB
EIS· ETCARNES
EORUMABOSSI
BUSEORUM
QUEMADMO
DUMCOMEDE
RUNTCARNES
PLEBISMEAEET
PELLESEORUM
ABEISDETRAXE
RUNT· ETOSSA
EORUMCOM
MINUERUNT·
ETCONCIDERUNT

Quibus editis calamum inhibere quidem possem. Nam ab iis qui quae pessundata erant repererunt, plura exigi non solent quam ut reperta diligenter diei reddant. Sed in tractanda versione antiqua quum supra viderimus nec semel nec parum fuisse a Sabaterio erratum, par erit qua via et possit et debeat felicius procedi commonstrare.

Ac primum quidem quum ille rectissime egisse videatur, ut antiquam quae ipsi visa est cum Vulgata nova componeret, nos antiquae quod specimen in manibus habemus non solum cum Vulgata nova, sed etiam cum emendata per Hieronymum comparabimus, quod haud aptius puto perfici posse quam omnibus tribus per columnas quasdam altera alteri juxta positis.

Deinde veterum Patrum latinorum locos in quibus antiquam versionem qualis ipsorum tempore legebatur laudarunt ita fragmentis nostris apponendos arbitror, ut secundum certas quasdam mutuae inter se similitudinis sive cognationis classes bene distingui possint. Eorum vero quum nec perpetuus neque unicus sit textus, sed singulorum versuum apud Patres vestigia modo pauca, modo nulla, modo complura inveniantur, ex quibus integram columnam exstrui non liceat, hos locos omnes in paginarum margine inferiori ordinabimus (sub litera B).

Ultimo loco id poscitur, quod principale est, ut quae hac ratione cum ceteris antiquitatis latinae similibus reliquiis composita sunt, ad textum graecum adhibeantur. Itaque tum hujus tenor sua in columna proponendus erit, qua in re Tischendorfii editionem mihi eligendam arbitratus sum, tum quae in variis τῶν ό codicibus ab Holmesio collatis variae lectiones cum antiqua nostra versione cognatae habentur itidem in margine adnotabuntur. Quas si collegero, ipsum textum, ex quo haec olim derivata est, quatenus variis codicibus mss. nobis porrigitur, tibi repraesentatam videbis (sub litera A).

Quod si factum fuerit rationem, quae inter praecipuas V. T. versiones occidentales est, quasi uno omnium obtutu perspicere nobis licebit. Quibus ipsum textum hebraicum apponere animus quidem erat; sed ab iis impeditum me fateor, qui recte monuerunt, quandoquidem unusquisque s. scripturae doctus lector illius legendi nunquam non habeat copiam plenissimam, hoc speciosius fore quam utilius. — Itaque sub titulis suis hi sequuntur textus.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Hos. IV, 13	λευκῆς καὶ δένδρου..	pulo et sub ar....	[po]pulum et nemorosas arbores . . .	[po]pulum et terebinthum . . .
» 14	ἔθυον καὶ ὁ λαὸς..	cabant et po....	[immo]labant et po[pulus] . . .	[sacrifi]cabant et po[pulus] . . .
V, 4	πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν ὅτι..	ad dom. quo....	ad dominum deum suum quia . . .	ad deum suum: quia...
» 7	ἐγκατέλιπον..	dereliquerunt . . .	[dominum] reliquerunt . . .	[In dominum] praevaricati sunt . . .
VII, 16 VIII, 1	ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. Εἰς κόλπον αὐτῶν ὡς γῆ, ὡς ἀετὸς ἐπ' οἶκον κυρίου, ἀνθ' ὧν παρέβησαν τὴν διαθήκην μου καὶ κατὰ τοῦ νόμου μου ἠσέβησαν.	in terra aegypti· [16]In sinu eorum·sicut terra uelut aquila in domo dmi.· eo quod praeuaricauerunt testamentum meum· et aduersus legem meam inpie egerunt·	in terra Aegypti. [6]In sinu eorum quasi terra sicut aquila super domum Domini: pro eo quod transgressi sunt testamentum meum, et contra legem meam impie	in terra Aegypti. [16]In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini: pro eo quod transgressi sunt foedus meum, et legem meam praevaricati

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Hos. VIII, 2	ἐμὲ κεκράξονται Ὁ θεὸς ἐγνώκαμέν σε.	2 in me proclamabunt dicentes· sciuimus te	egerunt. 2 Me invocaverunt: Deus cognovimus te.	sunt. 2 Me invocabunt: Deus meus cognovimus te Israel.
» 3	ὅτι Ἰσραὴλ ἀπεστρέψατο ἀγαθά, ἐχθρὸν κατεδίωξαν·	3 quia istrahel auertuit bona haec dicebant· propter quod non interrogabant dom.	3 Quia Israel adversata est bona, inimicum persecuti sunt.	3 Projecit Israel bonum, inimicus persequetur eum.
» 4	ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι, τὸ ἀργύριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλα, ὅπως ἐξολοθρευθῶσιν.	4 inimicum persecuti sunt sibi· regnauerunt et non per me principatum egerunt et nescierunt me·argentum suum et aurum suum fecerunt sibi simulacra· quemadmodum ad nihil redigantur	4 Ex semetipsis regnaverunt, et non per me: principes exstiterunt et non indicaverunt mihi: argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola ut dispereant:	4 Ipsi regnaverunt, et non ex me: principes exstiterunt et non cognovi: argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent:
» 5	ἀπότριψαι τὸν μόσχον σου Σαμάρεια, παρωξύνθη ὁ θυμός μου ἐπ' αὐτούς· ἕως τίνος οὐ μὴ δύνωνται καθαρισθῆναι	5 Coniri uitulum tuum samaria· exaceruatus est furor meus in eos· quo usque non poterunt mundari	5 projice vitulum tuum Samaria, concitatus est furor meos super eos: usque quo non poterunt emundari	5 projectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos; usquequo non poterunt emundari?
» 6	ἐν τῷ Ἰσραήλ; καὶ αὐτὸ τέκτων ἐποίησε, καὶ οὐ θεός ἐστι· διὸ . .	6 in istrahel· et ipsum faber fecit· et non est ds̄. prop . . .	6 in Israel? et hoc artifex fecit, et non est Deus: quia . . .	6 Quia ex Israel et ipse est: artifex fecit illum et non est Deus: quoniam...
» 13	..αὐτῶν καὶ ἐκδικήσει τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· αὐτοὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπέστρεψαν καὶ ἐν Ἀσσυρίοις ἀκάθαρτα	13 eorum· et ulciscetur peccata eorum· ipsi in aegyptum redierunt· et inter assyrios immunda manducabunt·	13 eorum, et ulciscetur iniustitias eorum: ipsi in Aegyptum conversi sunt, et in Assyriis immunda comederunt.	13 eorum, et visitabit peccata eorum: ipsi in Aegyptum convertentur.
» 14	φάγονται. καὶ ἐπελάθετο Ἰσραὴλ τοῦ	14 et oblitus est istrahel qui	14 Et oblitus est	14 Et oblitus est Israel

(A) IV, **13**. ὑποκάτω ante δένδρου in codd. non est.
V, **4**. κύριον ὅτι nullibi legitur. Codd. omnes θεὸν αὐτῶν ὅτι.
VIII, **1**. ἐν τῷ κόλπῳ nuspiam . . ἐπ' οἶκον 153. Complut.
» **2**. ἐπ' ἐμὲ κεκράξονται 42.. πρὸς ἐμὲ κεκράξονται λέγοντες 49.. ὁ θεὸς nuspiam deest.
» **4**. ἐμὲ nullibi legitur.
» **5**. *contere* si legendum est, ei bene respondet ἀπότριψαι; sin *conice*, ἀπόῤῥιψον 22. 153 al . . εἰς αὐτοὺς 147. Compl.
» **13**. ἐπανέστρεψαν nuspiam, ἐπέστρεψαν Compl. — Alex. αὐτοὶ δὲ εἰς.
» **14**. τὸν ποιήσαντα αὐτὸν XII. Compl. — Alex. θεμέλια αὐτοῦ.

(B) VIII, **1**. (Sabat. bibl. II, 900) Gildas de excid. Britan. p. 714. *pro eo quod transgressi sunt pactum meum, et adversus legem meam tulerunt.*
» **2**. (Sab. l. c.) ib. *Et exclamabant: cognovimus te.*
» **3**. (Sab. l. c.) ib. *Qui adversus sis Israel: bonum ut iniquum persecuti sunt.*
» **4**. (Sab. l. c.) ib. *Sibi regnaverunt et non per me: tenuerunt principatum nec me cognoverunt.* Philastr. Brix. de haer. p. 712. *Regnaverunt non per me.* Aliter Cypr. ep. 55. al. *sibimetipsis regem constituerunt et non per me.* — Invenio in Gratiani decr. ed. Fontan. I, p. 63. *Fecerunt sibi regem et non per me.*

Versio LXX interpretum.

ποιήσαντος αὐτόν,
καὶ ᾠκοδόμησαν τε-
μένη καὶ Ἰούδας
ἐπλήθυνε πόλεις τε-
τειχισμένας· καὶ ἐξ-
αποστελῶ πῦρ εἰς
τὰς πόλεις αὐτοῦ,
καὶ καταφάγεται τὰ
Hos. IX, 1 θεμέλια αὐτῶν. Μὴ
χαῖρε Ἰσραήλ, μηδὲ
εὐφραίνου καθὼς οἱ
λαοί, διότι ἐπορνεύ-
σας ἀπὸ τοῦ θεοῦ
σου· ἠγάπησας δό-
ματα ἐπὶ πάντα ἅ-
» 2 λωνα σίτου. ἅλων
καὶ ληνὸς οὐκ ἔγνω
αὐτούς, καὶ ὁ οἶνος
» 3 ἐψεύσατο αὐτούς. οὐ
κατῴκησαν ἐν τῇ
γῇ τοῦ κυρίου· κατ-
ῴκησεν Ἐφραὶμ Αἴ-
γυπτον καὶ ἐν Ἀσ-
συρίοις ἀκάθαρτα
» 4 φάγονται. οὐκ ἔσπει-
σαν τῷ κυρίῳ οἶνον
καὶ οὐχ ἥδυναν αὐτῷ.
αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς
ἄρτος πένθους αὐ-
τοῖς, πάντες οἱ ἐσ-
θίοντες αὐτὰ μιαν-
θήσονται, διότι οἱ
ἄρτοι αὐτῶν ταῖς
ψυχαῖς αὐτῶν οὐκ
εἰσελεύσονται εἰς τὸν

Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.

fecit eum· et aedificauerunt templa· et iudas repleuit ciuitates muris circumdatas et inmittam ignem in ciuitates ipsius· et comedet fundamenta eorum [1]Noli gaudere istrahel· neque aepulari sicut populi terrae· quoniam fornicatus es a do tuo· dilexisti munera in omnem messem tritici [2]et area· et torcular ignorauit illos· et uinum fefellit eos· [3]non inhabitauerunt in terra dmi· inhabitabit efrem in aegypto et inter assyrios· inmunda manducabunt [4]non libauerunt dmo. uinum et non placuerunt ei uictimae eorum· sicut panis luctus eius omnes qui manducauerunt· ea coinquinabuntur· propter quod panes eorum in animas eorum· non intrabunt in do-

Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.

Israel eum qui fecit illum, et aedificaverunt delubra: et Iudas multiplicavit urbes munitas: et emittam ignem in civitates eius, et devorabit fundamenta eius. [1]Noli gaudere Israel, et noli laetari sicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo, dilexisti munera super omnem aream tritici. [2]Area et torcular non cognovit eos, et vinum mentitum est illis. [3]Non habitaverunt in terra Domini: habitavit Ephraim in Aegypto et in Assyriis immundum comedit. [4]Non libaverunt Domino vinum, nec placuerunt ei: sacrificia eorum, quasi panis luctus eius: omnes qui manducaverint ea, contaminabuntur: quia panes animarum eorum, non intrabunt in do-

Hieronymi Vulgata nova.

factoris sui et aedificavit delubra: et Iudas multiplicavit urbes munitas: et mittam ignem in civitates ejus, et devorabit aedes illius. [1]Noli laetari Israel, noli exsultare sicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. [2]Area et torcular non pascet eos, et vinum mentietur eis. [3]Non habitabunt in terra Domini: reversus est Ephraim in Aegyptum, et in Assyriis pollutum comedit. [4]Non libabunt Domino vinum, et non placebunt ei: sacrificia eorum, quasi panis lugentium: omnes qui comedunt eum, contaminabuntur: quia panis eorum animae ipsorum, non intrabit in de-

(A) IX, 1. *οἱ λαοὶ τῆς γῆς* Arm. MS. Arm. Ed.
» 2. *καὶ ἅλων* 22. al . . *καὶ ἅλως* 153.
» 3. *ἐν αἰγύπτῳ* nullibi. *εἰς αἴγ.* Alex. XII. 26. 49. al.
» 4. *πένθους αὐτοῦ* nuspiam; *πένθους αὐτῶν* 240 . . . *ἐσθόντες* Alex. 26. 49. al. . . *εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν* nullibi; *ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν* 130. 311.

(B) » 4. (Sab. l. c. 901) Cypr. ep. 55 al. *Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes qui manducant ea contaminabuntur.* In collat. Carthag. p. 489: *Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnis qui tetigerit ex eis inquinabitur.* In actis ap. Baluz. misc. II, 75: *Sacrificium eorum tanquam pannus illotus: omnis qui tetigerit illum inquinabitur.* Ubi *pannum illotum* ex *pane luctus* ortum esse patet.

Huc pertinet quod in Augustini Speculo habetur: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus. omnis* (sic) *qui manducant ea contaminabuntur* (Ang. Maji Spicil. Rom. IX, app. 55; Patrum nova bibl. I, 2, 58).

Versio LXX interpretum.

Hos. IX, 5 *οἶκον κυρίου. τί ποιήσετε ἐν ἡμέραις πανηγύρεως καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς τοῦ κυ-*
» 6 *ρίου; διά τοῦτο ἰδοὺ πορεύονται ἐκ ταλαιπωρίας Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· τὸ ἀργύριον αὐτῶν ὄλεθρος κληρονομήσει αὐτό, ἄκανθαι ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν.*
» 7 *ἥκασιν αἱ ἡμέραι, τῆς ἐκδικήσεως, ἥκασιν αἱ ἡμέραι τῆς ἀνταποδόσεώς σου καὶ κακωθήσεται Ἰσραὴλ ὥσπερ ὁ προφήτης ὁ παρεξεστηκώς, ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου ἐπληθύνθη μανία*
» 8 *σου. σκοπὸς Ἐφραὶμ μετὰ θεοῦ, προφήτης παγὶς σκολία ἐπὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ· μανίαν ἐν οἴκῳ*
» 9 *θεοῦ κατέπηξαν. ἐφθάρησαν κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ βουνοῦ· μνησθήσεται ἀδικίας αὐτῶν, ἐκδικήσει ἁ-*
» 10 *μαρτίας αὐτῶν. ὡς σταφυλὴν ἐν ἐρήμῳ*

Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.

mum dmi· [5]Quid facietis in die mercatus· et in die sollemne dmi· [6]propter hoc ecce ibunt ex infelicitate Aegypti· et suscipiet eos memphis et sepeliuit eos machmas· argentum eorum interitus possidebit· et spinae in tabernaculis eorum [7]Uenerunt dies ultionis tuae uenerunt dies perditionis tuae et male tractabitur istrahel· sicut profetes qui extitit homo spiritalis· a multitudine iniquitatum tuarum repletus insaniae [8]inspectus efrem cum deo profetes· laqueus prauus in omnibus uiis ipsius· Insaniam in domo dei confixerunt [9]corrupti sunt· secundum dies collis memor erit· dabitur iniustitia eorum et ulciscetur peccata eorum· [10]Sicut uuam in deserto

Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.

mum Domini. [5]Quid facietis in die conventus, et in die solemnitatis Domini? [6]Ideo ecce ibunt de miseria Aegypti: et suscipiet eos Memphis, et sepeliet eos Mamachas: argentum eorum interitus possidebit, spinae in tabernaculis eorum. [7]Venerunt dies ultionis, venerunt dies retributionis tuae: et affligetur Israel; sicut propheta insaniens qui habebat spiritum: propter multitudinem iniquitatum tuarum, multiplicata est amentia tua. [8]Speculator Ephraim cum Deo: propheta laqueus tortuosus super omnes vias eius, insaniam in domo Dei confixerunt. [9]Corrupti sunt secundum dies collis: recordabitur iniquitates eorum, ulciscetur super peccata eorum. [10]Sicut uvam in deserto in-

Hieronymi Vulgata nova.

mum Domini. [5]Quid facietis in die solemni, in die festivitatis Domini? [6]Ecce enim profecti sunt a vastitate: Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos: desiderabile argentum eorum urtica haereditabit, lappa in tabernaculis eorum. [7]Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuae et multitudinem amentiae. [8]Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinae factus est super omnes vias eius, insania in domo Dei eius. [9]Profunde peccaverunt sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum et visitabit peccata eorum. [10]Quasi uvas in deserto in-

(A) IX, **5.** *ἐν ἡμέρᾳ πανηγ.* Alex. XII. 22. 49. 153. al. — Alex. *ποιήσεται* et *ἐν ἡμέραις ἑορτῆς*
» **6.** *πορεύσονται* Alex. XII. 22. 49. 153. al.
» **6.** *αὐτὸ* om. Alex. XII. 49. 153. al. .. *καὶ ἀκ.* Complut.
» **7.** *ἐκδικήσεώς σου* Alex. 22. 153. 311. al .. *παρεστηκὼς* 105. 153 ... *ἀπὸ τ. πλήθους* 22. 153. al ... *μανίας* nuspiam; sed *μανία* (omisso *σου*). 153. al. — Alex. *μνεία σου*.
» **8.** *ἐπὶ πάσαις* nuspiam. — Alex. *ἐν οἴκῳ κυρίου*.
» **9.** dabitur: sphalmatis istius ansa in codd. graecis data non est... *ἀδικία* nusquam... *καὶ ἐκδικήσει* Alex. 106 al. — Alex. *αὐτῷ* (bis).
» **10.** *εἰς συκὴν* nullibi... *εἶδον πατέρας αὐτῶν* Alex. XII. 22. 106. 153. 311. al.

(B) » **6.** Augustini Specul. (A. Maji Spicil. Rom. l. c., Patrum nova bibl. I, 2, 28) *Pecuniam interitus possidebit.*

	Versio LXX. interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	εὗρον τὸν Ἰσραήλ, καὶ ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώιμον πατέρας αὐτῶν εἶδον· αὐτοὶ εἰσῆλθον πρὸς τὸν Βεελφεγώρ, καὶ ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐγένοντο οἱ ἐβδελυγμένοι ὡς οἱ	inueni israhel et sicut speculam in arborem ficus· mane uidi patres ipsorum· ipsi introierunt ad beelphegor· et alienati sunt in confusionem et facti sunt qui erant dilecti sicut	veni Israel: et sicut ficum in arbore ficus temporaneam, vidi patres eorum· ipsi autem ingressi sunt Beelphegor, et abalienati sunt in confusionem et facti sunt abominabiles sicut di-	veni Israel: quasi prima poma ficulneae in cacumine eius, vidi patres eorum: ipsi autem intraverunt ad Beelphegor, et abalienati sunt in confusionem, et facti sunt abominabiles sicut ea quae
Hos. IX, 11	ἠγαπημένοι. Ἐφραὶμ ὡς ὄρνεον ἐξεπετάσθη, αἱ δόξαι αὐτῶν ἐκ τόκων καὶ ὠδίνων	abominandi [11]efrem sicut auis euolabit gloria eorum· ex usuris et ex iniquitatibus· et ex conceptio-	lecti. [11]Ephraim quasi avis avolavit, gloria eorum in partu et in parturitionibus et	dilexerunt. [11]Ephraim quasi avis avolavit, gloria eorum a partu et ab utero et a con-
» 12	καὶ συλλήψεων· διότι καὶ ἐὰν ἐκθρέψωσι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἀτεκνωθήσονται ἐξ ἀνθρώπων· διότι καὶ οὐαὶ αὐτοῖς ἐστί, σάρξ μου ἐξ αὐτῶν.	nibus· [12]Propter quod si enutrierint filios suos· sine filis erunt· ab hominibus· propter quod uae illis est caro mea ex ipsis	conceptu. [12]Quia etiamsi enutrierint filios suos, sine filiis erunt in hominibus: quia et vae eis est, caro mea ex eis.	ceptu. [12]Quod etsi enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed et vae eis, cum recessero ab eis.
» 13	Ἐφραΐμ, ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θήραν παρέστησαν τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ Ἐφραΐμ τοῦ ἐξαγαγεῖν εἰς ἀποκέντησιν τὰ τέκνα αὐ-	[13]efrem quemadmodum uidi in bestiam adstiterunt filios suos· et efrem ut produceret in confixionem	[13]Ephraim sicut vidi, in captionem praebuit filios suos: et Ephraim, ut educeret ad interfectionem fili-	[13]Ephraim, ut vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine: et Ephraim educet ad interfectionem filios
» 14	τοῦ. δὸς αὐτοῖς, κύριε· τί δώσεις αὐτοῖς; μήτραν ἀτεκνοῦσαν καὶ	filios suos· [14]da illis dme· quid dabis illis· da illis uoluam quae natos non procreet· et mamillas aridas·	os suos. [14]Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam sine filiis, et ubera arentia.	suos. [14]Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam sine liberis, et ubéra arentia.
» 15	μαστοὺς ξηρούς. πᾶσαι αἱ κακίαι αὐτῶν	[15]et omnes malitiae illorum in galgala·	[15]Omnes nequitiae eorum in Galgal, quia	[15]Omnes nequitiae eorum in Galgal, quia

A) IX, **10**. *ἐγένοντο οἱ ἠγαπημένοι ὡς ἐβδελυγμένοι* Alex. 49. al. *ἐγ. οἱ ἠγαπ. ὡς οἱ ἐβδ.* XII. 22. 26. 153..
» **11**. *ἐκ συλλ.* Complut. *δόξα αὐτῶν* Compl... *ἐξ ὠδίν.* 36. 153 al..
» **12**. *διότι οὐαὶ* 49. 91.
» **13**. *θῆρα* nusquam.
» **14**. *δὸς αὐτοῖς μήτραν* Alex. XII. 22. 26. 49. 153. 311.
» **15**. *καὶ πᾶσαι* nullibi.. *εἰς γαλγαλὰ* 49. 130. 311.. *αὐτοὺς ἐμείσασα* Alex... *μεγάλων ἐπιτ.* nusp.

(B) » **10**. Augustini Specul. (cf. quae ad IX, 6 notavimus) *honores eorum ex usuris et ex doloribus.*
» **14**. (Sab. ib. p. 902) August. contra Adim. tom. VIII, 146. a. *Da illis ventrem vacuum et ubera arida.* Reliqua enim quae Sabaterius profert verba: *mortifica semen ventris ipsorum ne pariant* locum propheticum non tam exhibent quam exponunt.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	ἐν Γαλγάλ, ὅτι ἐκεῖ ἐμίσησα αὐτοὺς διὰ τὰς κακίας τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν· ἐκ τοῦ οἴκου μου ἐκβαλῶ αὐτούς, οὐ μὴ προςθήσω τοῦ ἀγαπῆσαι αὐτούς· πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἀπειθοῦντες.	quia ibi illos odiui propter magnas adinuentiones ipsorum· de domo mea eiciam eos· non adiciam ut diligam eos· omnes principes eorum incredibiles·	ibi exosos habui eos: propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos: non addam ut diligam eos, omnes principes eorum inobedientes.	ibi exosos habui eos: propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos: non addam ut diligam eos, omnes principes eorum recedentes.
Hos. IX, 16	ἐπόνεσεν Ἐφραΐμ· τὰς ῥίζας αὐτοῦ ἐξηράνθη, κάρπον οὐκ ἔτι μὴ ἐνέγκῃ· διότι καὶ ἐὰν γεννήσωσιν, ἀποκτενῶ τὰ ἐπιθυμήματα κοιλίας αὐ-	[16]doluit efrem radices ejus arefactae sunt· et fructum non adferet· propter quod etsi generauerint occidam desideria uentrium eo-	[16]Doluit Ephraim radices suas, arefactus est: fructum nequaquam affert. Quia etsi genuerint, interficiam desiderabilia uteri	[16]Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est: fructum nequaquam facient. Quod etsi genuerint, interficiam amantissima uteri eo-
» 17	τῶν. ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ θεός, ὅτι οὐκ εἰςήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν..	rum [17]abiciet illos ds̄. quoniam non obaudierunt eum· et erunt errantes inter ...	eorum. [17]Repellet eos Deus quia non audierunt eum: et erunt vagi in ...	rum. [17]Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: et erunt vagi in ...
XII, 3	καὶ ἐν κόποις ...	et in laboribus ...	et in labore ...	et in fortitudine ...
» 7	[δια παν]τός. Χαναὰν ...	nia· chanaan	[sem]per. Chanaan...	[sem]per. Chanaan...
» 9	σκηναῖς ...	tabernaculis ...	tabernaculis ...	tabernaculis ...
» 12	[ἐδούλευ]σεν Ἰσραὴλ ἐν	uit istrahel in ...	[servi]vit Israel in ...	[servi]vit Israel in ...
XIII, 1	τῇ Βάαλ καὶ ἀπέ-[θανε] ...	bahalim et mor ...	Baal et mor[tuus est]..	Baal et mor[tuus est]..
» 3	ὡς χνοῦς ...	sicut puluis ...	sicut pulvis	sicut pulvis ...
Amos VIII, 10	αὐτοῦ ὡς ἡμέραν ὀ-	sunt sicut diem do-	sunt quasi diem do-	quasi diem amarum.
» 11	δύνης. ἰδοὺ ἡμέραι	loris [11]Ecce dies ue-	loris. [11]Ecce dies ve-	[11]Ecce dies veniunt,

(A) Hos. IX, **16**. ἐξηράνθησαν Arm. MS.. οὐ μὴ ἐνέγκῃ 26. 153 al.
» **17**. Alex. ὡς πλανῆται .. XII, **7** πάντων nusquam.
XIII, **1**. τὸ (sic) Βααλὰμ 62.
» **3**. ὥσπερ χοῦς Alex. 26. 106.
Amos VIII, **11**. ἄρτον Alex. 26. 49. 153. al.

(B) Hos. XII, **3**. (Sab. II, 905) August. c. Maximin. 2. tom. VIII, 740, e: *In utero supplantavit fratrem suum et in labore praevaluit Deo.*
» **7**. (Sab. ib.) Auct. l. de promiss. 2, 24, ap. Prosp. p. 105. e: *Chanaan, in manu ejus statera injustitiae, dominationem enim elegit.*
Amos VIII, **11**. (Sabat. bibl. II, 930) Hilar. in ps. 58. *Ecce induco famem super terram: non famem panis neque sitim aquae, sed famem verbi ut audiatur verbum Dei.* Cassiod. in ps. 58 (nec 18 nec 45). *Ecce induco (vel introduco) famem super terram: non famem panis neque sitim aquae, sed famem audiendi verbum Dei.* Auct. de promiss. ap. Prosp. 112. *Dabo eis ait dominus famem: non panis et aquae, sed famem audiendi verbum Dei.*

Versio LXX interpretum.

ἔρχονται, λέγει κύριος,
καὶ ἐξαποστελῶ λι-
μὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ
λιμὸν ἄρτων οὐδὲ δί-
ψαν ὕδατος, ἀλλὰ
λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι
Amos VIII, 12 τὸν λόγον κυρίου· καὶ
σαλευθήσονται ὕδα-
τα ἀπὸ τῆς θαλάσ-
σης ἕως θαλάσσης,
καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ ἕως
ἀνατολῶν περιδρα-
μοῦνται ζητοῦντες
τὸν λόγον τοῦ κυρίου
καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν.
» 13 ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ
ἐκλείψουσιν αἱ παρ-
θένοι αἱ καλαὶ καὶ
οἱ νεανίσκοι ἐν δίψει,
» 14 οἱ ὀμνύοντες κατὰ
τοῦ ἱλασμοῦ Σαμα-
ρείας, καὶ οἱ λέγον-
τες Ζῇ ὁ θεός σου
Δάν, καὶ ζῇ ὁ θεός
σου Βηρσαβεέ. καὶ
πεσοῦνται καὶ οὐ μὴ
IX, 1 ἀναστῶσιν ἔτι. Εἶδον
τὸν κύριον ἐφεστῶτα
ἐπὶ τοῦ θυσιαστη-
ρίου καὶ εἶπε Πάτα-
ξον ἐπὶ τὸ ἱλαστή-
ριον καὶ σεισθήσεται
τά πρόπυλα καὶ διά-
κοψον εἰς κεφαλὰς
πάντων· καὶ . . .

Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.

nient dicit dms. et
inmittam famem su-
per terram non fa-
mem panis neque si-
tim aquae sed famem
ad audiendum ver-
bum dmi· [12]et moue-
buntur aquae usque
ad mare et ab aqui-
lone usque ad orien-
tem percurrent quae-
rentes verbum dmi.
et non invenient [13]In
illo die deficient uir-
gines bonae et iuue-
nes electi in sitim·
[14]iurantes per propi-
tiationem samariae et
dicentes uiuit ds tu-
us dan et uiuit ds
tuus bersabee· et ca-
dent et non resur-
gent umquam [1]Uidi
dom. stantem super
altare et dixit mihi
feri super propitia-
torium· et mouebun-
tur luminaria· et con-
cide in capita om-
nium· et . . . .

Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.

niunt, dicit Dominus
Deus: et emittam fa-
mem super terram:
non famem panis ne-
que sitim aquae, sed
famem audiendi ver-
bum Domini. [12]Et com-
movebuntur aquae de
mari usque ad mare,
et ab Aquilone us-
que ad Orientem:
circuibunt quaeren-
tes verbum Domini,
et non invenient. [13]In
die illa deficient vir-
gines pulchrae, et ju-
venes in siti. [14]Qui ju-
rant per propitiatio-
nem Samariae, qui
dicunt: Vivit Deus
tuus Dan, et vivit
Deus tuus Bersabee:
et cadent, et non re-
surgent amplius. [1]Vi-
di Dominum stantem
super altare: et di-
xit: Percute super
propitiatorium, et
commovebuntur ve-
stibula: et disjice in
capita omnium, et . . .

Hieronymi Vulgata nova.

dicit Dominus: et mit-
tam famem in ter-
ram: non famem pa-
nis, neque sitim a-
quae sed audien-
di verbum Domini.
[12]Et commovebuntur
a mari usque ad mare,
et ab Aquilone us-
que ad Orientem:
circuibunt quaeren-
tes verbum Domini,
et non invenient. [13]In
die illa deficient vir-
gines pulchrae, et
adolescentes in siti.
[14]Qui jurant in delicto
Samariae, et dicunt:
Vivit Deus tuus Dan,
et vivit via Bersa-
bee: et cadent, et
non resurgent ultra.
[1]Vidi Dominum stan-
tem super altare: et
dixit: Percute car-
dinem et commove-
antur superlimina-
ria: avaritia enim in
capite omnium, et . . .

(A) VIII, **12**. *ἀπὸ τῆς θαλάσσης* om. Alex. 26. 49. 311.
» **13**. *λεκτοὶ* nullo in codice legitur; nec magis *εἰς δίψος* sive *δίψαν*.
» **14**. *ἀναστήσουσιν ἔτι* 62. 147. — Alex. *ζῇ κύριος ὁ θεός σου.*
IX, **1**. *ἐφεστῶτα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον* 26. 40. Complut... *ἐμοὶ* nusquam legitur... Alex. *πάταξον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*... *luminaria* quum per errorem scriptum sit pro *liminaria,* in graeco textu quod ipsi respondeat habere non potest.

(B) . . . . . Augustini Spec. (A. Maji Spicil. Rom. IX, app. p. 56; Patrum nova bibl. I, 2, p. 109). *Ecce dies venient, dicit dominus: et inmittam famem super terram, non famem panis nec sitim aquae, sed famem ad audiendum verbum Domini.*
VIII, **12**. ibid. *Et movebuntur aquae usque ad mare et ab aquilone usque ad austrum, quaerentes verbum Domini et non invenient.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Amos IX, 5	καὶ πενθήσουσι πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, καὶ ἀναβήσεται ὡς ποταμὸς συντέλεια αὐτῆς, καὶ καταβήσεται ὡς ποταμὸς Αἰγύπτου·	5 et lugebunt omnes commorantes in ea et ascendet sicut flumen consummatio eius et descendet sicut flumen aegypti·	5 et lugebunt omnes habitatores eius: et ascendet sicut fluvius consummatio eorum: et descendet sicut flumen Aegypti.	5 et lugebunt omnes habitantes in ea: et ascendet sicut rivus omnis, et defluet sicut fluvius Aegypti.
» 6	ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν, ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς· κύριος παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.	6 Qui aedificat in caelum ascensionem suam· et repromissionem suam super terram fundat qui aduocat aquam maris et effundet eam super faciem terrae dms. nomen est ei	6 Qui aedificat in coelo ascensionem suam, et promissionem suam super terram fundat: qui vocat aquam maris et effundit eam super faciem terrae, Dominus omnipotens nomen eius.	6 Qui aedificat in coelo ascensionem suam et fasciculum suum super terram fundavit: qui vocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae, Dominus nomen ejus.
» 7	οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστὲ ἐμοί, υἱοὶ Ἰσραήλ; λέγει κύριος· οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ βόθρου;	7 Nonne sicut fili aethiopum uos estis mihi fili istrahel dicit dms. nonne istrahel reduxi ex aegypto· et alienigenas ex cappadocia· et syros de fouea·	7 Nonne ut filii Aethiopum vos estis mihi, filii Israel, dicit Dominus? nonne Israel eduxi de terra Aegypti: et alienigenas de Cappadocia, et Syros de fovea?	7 Nunquid non ut filii Aethiopum vos estis mihi, filii Israel, ait Dominus? nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti: et Palaesthinos de Cappadocia, et Syros de Cyrene?
» 8	ἰδοὺ οἱ ὀ-	8 ecce	8 Ecce oculi	8 Ecce

(A) IX, 5. *κατοικοῦντες ἐν τῇ γῇ* Slav. Ostrog.
» 6. Futuro *effundet* nil usquam respondet .... Alex. *ἐπὶ προσώπου*... *κύριος ὄνομα αὐτῷ* Complut... Alex. *κύριος ὁ θεὸς παντοκρ.*
» 7. *ἐξ αἰγύπτου* Compl.
» 8. *εἰς τέλος ὃ μὴ* 22. 36. al... *ιακὼβ* per se positum in nullo codice legitur; omnes enim aut **τὸν οἶκον ιακὼβ** aut **τὸν οἶκον Ἰσραὴλ** (sic Alex.) praebent.

(B) IX, 5. (Sabat. l. c.) Ambros. de incarn. col. 728: *Dominus qui adtigit terram et movet eam: et lugebunt omnes commorantes in ea et ascendet sicut flumen Aegypti.* Similiter Fulgent. pro fide cath. p. 540, praeter hoc: *Dominus qui tangit.*
» 6. (Sabat. l. c.) Tertull. contra Gnost. p. 830 [ed. Lips. I, 238]: *Qui ascensum suum aedificat in coelos et profusionem suam fundat in terras.* Ambros. de incarn. 728. 729: *Qui aedificat super coelum ascensionem suam et repromissionem suam super terram confirmat: qui advocat aquam maris et effundit eam super faciem terrae, Dominus omnipotens nomen est ei.* Fulgent. pro fide cath. p. 540: *Qui aedificat super coelum ascensionem suam et remissionem suam super terram confirmat: qui vocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae, Dominus omnipotens est nomen ejus.* Vigil. Taps. adv. Varimadum p. 733: *Qui constituit super coelos ascensionem suam et pollicitationem in terra firmavit.*
Augustini Spec. (A. Maji Spic. l. c., Patrum nova bibl. I, 2, p. 11): *Qui evocat aquam maris et effundit eam super faciem terrae: Dominus Deus omnipotens nomen est illi.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
        Amos IX,	φθαλμοὶ κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν βασι- λείαν τῶν ἁμαρτω- λῶν, καὶ ἐξαρῶ αὐ- τὴν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· πλὴν ὅτι οὐκ εἰς τέλος ἐξαρῶ τὸν οἶκον Ἰακώβ, λέ- 9 γει κύριος. διότι ἐγὼ ἐντέλλομαι καὶ λικ- μήσω	oculi dmi. dei. super regnum peccatorum· et auferam illud a facie terrae adta- men in consumma- tionem non auferam iacob dicit dms. [9]pro- pter quod ecce ego praecipio et tritu . .	Domini Dei super reg- num peccatorum. et auferam illud a facie terrae: Veruntamen non in finem aufe- ram domum Jacob, dicit Dominus. [9]Quia ecce ego praecipio et venti[labo]	oculi Domini Dei su- per regnum peccans, et conteram illud a facie terrae: Verun- tamen conterens non conteram domum Ja- cob, dicit Dominus. [9]Ecce enim mandabo ego et con[cutiam]
Mich. II, » » »	3 κακά, ἐξ ὧν οὐ μὴ ἄρητε τοὺς τραχήλους ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ πο- ρευθῆτε ὀρθοὶ ἐξαί- φνης, ὅτι καιρὸς πο- 4 νηρός ἐστιν. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λη- φθήσεται ἐφ' ὑμᾶς παραβολή, καὶ θρη- νηθήσεται θρῆνος ἐν μέλει λέγων Ταλαι- πωρίᾳ ἐταλαιπωρή- σαμεν· μερὶς λαοῦ μου κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, καὶ οὐκ ἦν ὁ κωλύων αὐτὸν τοῦ ἀποστρέψαι· οἱ ἀ- γροὶ ὑμῶν διεμερί- 5 σθησαν· διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται σοι βάλλων σχοινίον ἐν κλήρῳ ἐν 6 ἐκκλησίᾳ κυρίου. μὴ κλαίετε δάκρυσι, μη- δὲ δακρυέτωσαν ἐπὶ τούτοις. οὐδὲ γὰρ ἀπ-	[3]mala ex quibus non levabitis ceruices ues- tras et non ibitis recti subito quoniam tem- pus malignum est· [4]in illa die sumetur su- per uos parabola et flebitur fletus in par- te dicentium· Miseria laborauit pars populi mei· mensurata est in funiculo· et non fuit qui prohiberet eum ut reuerterentur· agri uestri dispersi sunt [5]propter hoc non erit tibi qui mittat funi- culum in sorte· in ecclesia dni. [6]nolite lacrimari lacrimis. ne- que lacrimentur in his· non enim repel-	[3]mala; de quibus non auferetis colla vestra, ut non ambuletis re- cti subito, quia tem- pus pessimum est. [4]In die illa sumetur su- per vos parabola et plangetur planctus in cantico, dicentium: Miseria miseri facti sumus: pars populi mei dimensa est in funiculo et non erat qui prohiberet eum ut averteretur. Agri nostri divisi sunt: [5]propter hoc non erit tibi mittens funicu- lum in haereditate. In ecclesia Domini [6]no- lite flere lacrymis, neque plorent super his: non enim abji-	[3]malum: unde non au- feretis colla vestra, et non ambulabitis superbi, quoniam tem- pus pessimum est. [4]In die illa sumetur su- per vos parabola, et cantabitur canticum cum suavitate, dicen- tium: Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commu- tata est: quomodo recedet a me cum revertatur, qui re- giones nostras divi- dat? [5]Propter hoc non erit tibi mittens fu- niculum sortis in coe- tu Domini. [6]Ne loqua- mini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet

(A) IX, 9. *διότι ἰδὲ ἐγὼ* Alex. XII. 22. 26. 36. 49. 153. 311. al.
II, 3. Alex. *ὀρθροὶ.*
» 4. *ἐν μέρει* 26 . . . . *λεγόντων* 22. 40. 42. al. Complut. Slav. Ostrog. . *ἐταλαιπώρησε* nusquam legitur . . . Plurali *reverterentur* propterea quod singularis *eum (αὐτὸν)* praecedit graeci quiddam respondere vix potest . . . Alex. *διαμετρήθησαν.*
» 6. *μὴ δακρύετε* 22. 36. 240. al. Compl. . . *ὁ γὰρ* Alex. (notam omisit editio Holmesiana; recte posuit Tischendorfiana, cfr. Baber II, 285. a) 22. 26. 36. 49. 106. 153. al . . . *ὄνειδος* nusquam exstat . . . Alex. *ἐπὶ τέτῳ.*

(B) II, 3. (Sab. bibl. II, 945) Lucif. Cal. pro Athan. I, p. 196: *Propter hoc haec dicit Dominus: ecce ego cognosco super plebem mala, ex quibus non levabitis cervices vestras.*

Versio LXX interpretum.

Mich. II, 7 ὠσεται ὀνείδη ὁ
λέγων Οἶκος Ἰακὼβ
παρώργισε πνεῦμα
κυρίου. οὐ ταῦτα τὰ
ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ
ἐστίν; οὐχ οἱ λόγοι
αὐτȣ̃ εἰσὶ καλοὶ μετ᾽
αὐτȣ̃, καὶ ὀρθοὶ πε-
» 8 πόρευνται; καὶ ἔμ-
προσθεν ὁ λαός μου
εἰς ἔχθραν ἀντέστη.
κατέναντι τῆς εἰρή-
νης αὐτοῦ τὴν δο-
ρὰν αὐτοῦ ἐξέδειραν,
τοῦ ἀφελέσθαι ἐλ-
πίδας συντριμμὸν
» 9 πολέμου. ἡγούμενοι
λαȣ̃ μου ἀποῤῥιφή-
σονται ἐκ τῶν οἰκιῶν
τρυφῆς αὐτῶν, διὰ
τὰ πονηρὰ ἐπιτηδεύ-
ματα αὐτῶν ἐξώσθη-
σαν· ἐγγίσατε ὄρεσιν
» 10 αἰωνίοις· ἀνάστηθι

Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.

let opprobrium [7]om-
nis qui dicit dms.
iacob intra exas-
perauerunt spiritum
dmi· quia haec sunt
adinuentiones eius
nonne uerba eius bo-
na sunt cum eo· et
recta abierunt [8]et pa-
lam plebs mea ini-
micitiam restitit con-
tra pacem suam pel-
lem eius decoriaue-
runt· ut ne auferrent
spem tribulationis
belli [9]Propter hoc
duces populi mei·
proicientur de domi-
bus aepulationum su-
arum propter malas
adinuentiones suas·
repulsi sunt. Acce-
dite in montibus ae-
ternis [10]surgite et ite

Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.

ciet opprobria, [7]quae
dicit: Domus Jacob
provocavit spiritum
Domini: si hae sunt
adinventiones eius?
Nonne sermones ejus
boni sunt cum eo,
et recti ambulave-
runt? [8]Et prius po-
pulus meus inimici-
tiis restitit contra
pacem suam: pellem
eius excoriaverunt,
ut auferrent spem,
contritionem belli.
[9]Duces populi mei
projicientur de do-
mibus deliciarum su-
arum: propter malas
adinventiones suas
ejecti sunt. Propin-
quate montibus ae-
ternis: [10]surge et am-

Hieronymi Vulgata nova.

confusio. [7]Dicit do-
mus Jacob: Nunquid
abbreviatus est spi-
ritus Domini, aut ta-
les sunt cogitationes
ejus? Nonne verba
mea bona sunt cum
eo, qui recte gradi-
tur? [8]Et e contrario
populus meus in ad-
versarium consurre-
xit: desuper tunica
pallium sustulistis: et
eos qui transibant
simpliciter, conver-
tistis in bellum. [9]Mu-
lieres populi mei eje-
cistis de domo deli-
ciarum suarum: a
parvulis eorum tu-
listis laudem meam
in perpetuum. [10]Sur-

(A) II, 7. *πᾶς* ante *ὁ λέγων* nullibi legitur... *dms.* erratum est pro *domus*, cui *οἶκος* convenit.. *ἐντὸς* in nullo cod. invenitur; nec magis *παρώργισαν.* — *ὅτι ταῦτα* nusquam legitur, verum *εἰ ταῦτα* Alex. 106.*153. 240... *καὶ ὀρθῶς πεπόρευται* (dub. an *πεπόρευνται*) 153.

» **8.** *inimicitiam* quum pro *in inim.* scriptum sit, noli analogon quoddam in textu gr. requirere... *ἐλπίδα* Alex. 22. 26. 36. 49. 106. 153... *τȣ̃ μὴ* nusquam invenitur.

9. *διὰ τοῦτο* Alex. (Holmesiana edit. rem minus accurate tractat, quam Tischendorfiana, cfr. Baber II, p. 285. b.) XII. 26. 106. 130. 153. 311. al... Quod plurali *aepulationum* congruat non habetur.. *ἐν* ante *ὄρεσιν* non legitur.

» **7.** Augustini Spec. (A. Maji Patr. n. bibl. I, 2, 8; in Spicil. p. 56 minus accurate): *Domus Jacob inritavit spiritum Domini.*

» **10.** *ἀναστ. καὶ πορ.* nusquam exstat. Sed *ἀνάστητε πορεύεσθε ὅτι οὐκ ἔστιν ὑμῖν* Slav. Ostrog. *ἀνάστητε πορεύεσθε* Jacob. Nisib.

(B) » **9.** Gratiani decret. ed. Fontan. p. 100: *qui ejiciendi sunt de spatiosis domibus lautisque conviviis et multo labore epulis conquisitis.* Periphrasin haec redolent, sed quae secundum antiquam versionem exhibita sit, Vulgatae novae ratione non habita. Augustini Spec. (A. Maji Spic. p. 56): *Adpropinquate montibus aeternis* Eadem verba Sabat. bibl. II, 946 ex Ambr. de fuga saec. c. 5 hausit. Ceterum in A. Maji Patr. nova bibl. I, 2, 104 legitur *adpropinquante*, quam formam editor non bene commutavit cum *adpropinquantes.*

» **10.** (Sabat. l. c.) Ambros. de fuga saec. 5: *Surgite hinc quia non est vobis hic refrigeratio: propter spurcitiam corrupti estis corruptione* [ed. Venet. I, p. 379].

Versio LXX interpretum.

καὶ πορεύου ὅτι οὐκ
ἔστι σοι αὕτη ἀνά-
παυσις ἕνεκεν ἀκα-
θαρσίας. διεφθάρη-
» 11 τε φθορᾷ, κατεδιώχ-
θητε οὐδενὸς διώκον-
τος· πνεῦμα ἔστησε
ψεῦδος, ἐστάλαξέ
σοι εἰς οἶνον καὶ
μέθυσμα. καὶ ἔσται
ἐκ τῆς σταγόνος τοῦ
Mich. II, 12 λαοῦ τούτου συναγό-
μενος συναχθήσεται
Ἰακὼβ σὺν πᾶσιν· ἐκ-
δεχόμενος ἐκδέξομαι
τοὺςκαταλοίπουςτοῦ
Ἰσραὴλ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ
θήσομαι τὴν ἀπο-
στροφὴν αὐτοῦ· ὡς
πρόβατα ἐν θλίψει,
ὡς ποίμνιον ἐν μέσῳ
κοίτης αὐτῶν ἐξα-
λοῦνται ἐξ ἀνθρώ-
» 13 πων διὰ τῆς διακο-
πῆς πρὸ προςώπου
αὐτῶν διέκοψαν, καὶ
διῆλθον πύλην καὶ
ἐξῆλθον δι᾽ αὐτῆς,
καὶ ἐξῆλθεν ὁ βασι-
λεὺς αὐτῶν πρὸ προς-
ώπου αὐτῶν, ὁ δὲ
κύριος ἡγήσεται αὐ-
III, 1 τῶν. Καὶ ἐρεῖ Ἀκὼ-

Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.

quia non est uobis haec requies· propter inmunditiam corrupti estis corruptionem· [11]persecutionem passi estis nullo persequente· sps. stetit in te mendax· stillabit tibi in uinum et in ebrietatem· et erit ex stillicidio plebis huius [12]congregatione congregabitur istrahel· cum omnibus sustinens sustinebo residuos istrahel· super eundem ponam auersionem eorum sicut oues in tribulatione· uelut greges de medio cubili suo· exilient ab hominibus· [13]propter incisionem a facie eorum interciderunt· et transierunt portam· et exierunt per eam· et exiuit rex eorum ante faciem eorum· dms. autem rector erit eorum [1]in tempore· Au-

Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.

bula, quia non est tibi hic requies: propter immunditiam consumpti estis corruptione. [11]Fugistis nemine persequente, spiritus statuit mendacium: stillavit tibi in vinum et ebrietatem · et erit de stilla populi hujus [12]congregandus congregabitur Jacob: cum omnibus suscipiens suscipiam reliquias de Israel, ponam aversionem eorum sicut oves in tribulatione, quasi gregem in medio cubilis eorum: exsilient ex hominibus. [13]Ascende per divisionem ante faciem eorum: diviserunt, et transierunt portam, et egressi sunt per eam: et exivit rex eorum ante faciem eorum, Dominus autem princeps eorum. [1]Et dicet:

Hieronymi Vulgata nova.

gite et ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. [11]Utinam non essem vir habens spiritum, et mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum et in ebrietatem: et erit super quem stillatur populus iste. [12]Congregatione congregabo Jacob totum te: in unum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ovili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominum. [13]Ascendet enim pandens iter ante eos: divident, et transibunt portam et ingredientur per eam: et transibit rex eorum coram eis, et Dominus in capite eorum. [1]Et

(A) II, **11**. *ψευδὲς* 22. 36. 311. al. Compl.
» **12**. *ἰσραὴλ* (prius) nusquam legitur . . . Alex. *καταλοίπους τοῦ λαοῦ τούτου . . . τὸν αὐτὸν* in codd. non habetur.
» **12**. *αὐτῶν* Alex. 22. 26. 36. 49. 130. 153. 311. al. . . *ποίμνια* 22. 36. 42. al. Arm. MS. . . *ἐκ μέσου* nusquam legitur . . . *ἀπ᾽ ἀνθρώπων* nullibi.
» **13**. *διακοπῆς ἀπὸ προσώπου* nusquam . . . Alex. *διέκοψαν· διῆλθον* omisso *καὶ*.
III, **1**. *καιρῷ* pro *καὶ ἐρεῖ* in nullo codice legitur.
ἰακὼβ pro *οἶκον ἰακὼβ* 22.

(B) II, **11**. (Sabat. l. c.) Ambros. l. c. *Persecutionem passi estis* [ib.]. Hier. in comm. »Non ut plerique aestimant *spiritus stetit mendax*, sed *spiritus statuit mendacium* legendum est.«
III, **1—3**. (Sabat. l. c.) Gild. castig. in eccl. ord. 717: *Audite nunc principes domus Jacob: nonne vobis est ut cognoscatis judicium, odientibus bona et quaerentibus maligna, rapientibus pelles eorum ab eis et carnes eorum ab ossibus eorum, quem-*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Fuldensia.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	σατε δὴ ταῦτα, αἱ ἀρχαὶ οἴκου Ἰακὼβ καὶ οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραήλ. οὐχ ὑμῖν ἐστὶ τοῦ γνῶναι τὸ κρίμα;	dite igitur haec principes iacob· et residui domus istrahel· nonne uobis est ut cognoscatis iudicium·	Audite haec principes domus Jacob, et reliqui domus Israel: non vestrum est scire judicium,	dixi: Audite principes Jacob, et duces domus Israel: Numquid non vestrum est scire judicium,
Mich. III, 2	μισοῦντες τὰ καλὰ καὶ ζητοῦντες τὰ πονηρά, ἁρπάζοντες τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν καὶ τὰς σάρκας αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων αὐτῶν.	[2]odientibus bona et quaerentibus mala· rapientibus pelles eorum ab eis· et carnes eorum ab ossibus eorum	[2]qui odio habetis bonum et quaeritis mala: diripientes pelles eorum ab eis, et carnes eorum ab ossibus eorum?	[2]qui odio habetis bonum et diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis,etcarnem eorum desuper ossibus eorum?
» 3	ὃν τρόπον κατέφαγον τὰς σάρκας τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὰ δέρματα αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν ἐξέδειραν, καὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν συνέθλασαν καὶ ἐμέλισαν	[3]quemadmodum comederunt carnes plebis meae et pelles eorum ab eis detraxerunt· et ossa eorum comminuerunt· et conciderunt	[3]sicut devoraverunt carnes populi mei, et pelles ab eis excoriaverunt, et ossa eorum confregerunt et conciderunt	[3]qui comederunt carnem populi mei, et pellem eorum desuper excoriaverunt: et ossa eorum confregerunt et conciderunt

(A) III, **3.** Alex. *τὰ δέρμ. αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὀστέων αὐτῶν ἐξ.* et *συνέκλεισαν.*

(B) . . . . *admodum comederunt carnes plebis meae et pelles eorum ab eis excoriaverunt, ossa eorum confregerunt et laniaverunt quasi carnes in olla? succlamabunt ad Deum et non exaudiet eos* [mire pro *si clamabunt*].

Quae variarum versionum atque adnotationum areae si conspectae perpensaeque fuerint, nonnulla nobis tum de fragmentis nostris tum de latinis V. T. codicibus antehieronymianis in genere declarant memoratu digna.

Namque eae praeterquam quod Hieronymi meritum, quo non solum quas in ecclesia latina legi videbat codices secundum hexaplarem versionis Alexandrinae editionem emendavit, sed novam etiam ex textu hebraico adornavit interpretationem, sua luce collustrant: qua re efficitur, ut si ab antiqua versione profecti ad reliquas progredimur quasi in cultiores pedetentim lucidioresque regiones promoveamur: multifariam nobis de ratione quae inter codices latinos atque graecos saltem ex fragmentorum nostrorum exemplo intercedit, impertiunt institutionem.

Illa enim ipsa ita comparata sunt, ut, quod exspectari potuit, ne unius quidem eorum qui supersunt graecorum Veteris Test. codicum textum ad amussim exprimant. Namque sicuti ab eo codice, quam Tischendorfii V. T. editio sequitur, i. e. Vaticano saepissime recedunt, ita eadem cum Alexandrino, cujus variantes lectiones addidimus, saepissime non conveniunt, et si quem codicem alium hic illic accurate reddunt, ab eodem aliis in locis diversa praebent. Cujus rei ut singula praestemus documenta, ex iis quae in margine inferiori positae sunt adnotationibus criticis colligitur,

a) triginta sex esse locos, in quibus fragmenta nostra ab omnibus qui sunt graecis V. T. codicibus recedant. Quod vero ad nominatissimos codices spectat, praeter illos videmus

b) XXXIII locos, in quibus diversa exhibeant et a Vaticano et ab Alexandrino,

c) XVIII autem, ubi cum Alex. faciant contra Vat., et XIX, ubi cum Vat. conspirent contra Alex.

d) denique, ubi tum ab illo tum ab hoc dissident, ibi illa haud raro cum iis codicibus minusculariis, qui in editione Holmesiana numeris 22. 26. 49. 153. 311 insigniuntur, cernimus convenire, ita tamen ut nonnullis aliis in locis ab iisdem dissentiant.

Qua in re ut quae mihi videantur esse gravissima breviter eloquar, primum novarum lectionum variantium numerus non exiguus nobis praebetur; deinde quod ad accuratam codicum mss. notitiam attinet, fragmentis nostris neque eorum conjectura, qui antiquam versionem latinam magis ad codicem Alexandrinum accedere quam ad Vaticanum arbitrati sunt, fulcitur, neque aliorum opinio confirmatur, qui Vaticano illam similiorem esse quam Alexandrino existimaverunt. In multis enim illa quum ab alteroutro dissidere animadvertimus, in multis eadem cum alteroutro facere videmus; ita ut utri propinquius sint conjuncta dici nequeat.

Denique ex facta eorum quae apud Patres deprehendimus antiquae versionis vestigiorum cum iis quae fragmenta nostra continent comparatione aliquam assequimur de latinorum codicum indole atque natura experientiam. Nam quum vetus virorum doctorum sit quaestio, num plures ecclesia latina ante Hieronymum habuerit V. T. versiones a suis quasque interpretibus elaboratas, an vero unam, eamque ita sive correctionibus sive depravationibus a pristina conditione remotam, ut si quis varia ejus conspiciebat exemplaria, varias versiones conspicere sibi videretur, ad hanc quidem litem dirimendam ea Patrum dicta, quae vel a Sabaterio prolata vel a nobis ex Angeli Maji editionibus potissimum hausta in margine exstant, quum numero paucissima sint, non sufficiunt. Sed aliquatenus iis in re cognoscenda nos adjuvari utique fatendum est. Luculenta enim variarum rationum, quibus factum est ut ejusdem versionis textus varie commutaretur, exempla nobis largiuntur. Videsis Hos. IX, 4, ubi graecus textus habet

οὐχ ἤδυναν αὐτῷ· αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς, πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰ μιανθήσονται.

Haec ab antiquo interprete, qui pro *αὐτοῖς* legit *αὐτοῦ*, alia interpunctione adhibita versa sunt:

non placuerunt ei victimae eorum· sicut panis luctus ejus omnes qui manducaverunt ea coinquinabuntur.

Jam vero alius quidam *victimis* nomen universalius *sacrificiorum* substituit, atque vocabulum *ejus* vel *eis*, quod molestum ipsi videbatur, omisit. Unde factum est, restituta simul interpunctione, ut Cyprianum haec videamus legisse verba:

Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur.

Sed is variationum non fuit finis. Unde illud *qui tetigerit* (cf. p. 41) ortum sit quaeritur. Facilis est, opinor, explicatio. Vocabula enim *panis luctus* quoniam in uno alterove codice fortasse minus claris scripta erant literis, facili errore ab aliquo legebantur *pannus lotus,* quae quum sententiam aptam non praeberent, mutabantur in *pannus illotus.* Itaque versus nostri quum prius membrum legeretur:

Sacrificia eorum tanquam pannus illotus

quandoquidem panni, iique illoti, comedi non solent, posterius membrum intactum relinqui non poterat; unde evenit, ut in codice illo Colbertino, quem Baluzius in miscellaneis edidit, scriberetur:

Sacrificia eorum tanquam pannus illotus, omnis qui tetigerit illum inquinabitur.

quibus ex verbis si quis concluderet, diversos fuisse illarum interpretationum quas vel Cyprianus

vel scriptor Baluzianus secutus est, autores, haud minus a veritate aberraret, quam si quis ista latina vertendo in graeca originalem τῶν. ό textum assequi sibi videretur.

Unde patet, codicibus latinis suam competere historiam, miris sane rebus refertissimam, quam calleat oportet quicunque de genuina illorum forma simulque de ratione quae graecum inter et latinum Vet. Test. textum interest, judicium ferre conatur.

Sed de hoc aliove fragmentorum nostrorum usu videant ii, qui s. scripturarum studiis criticis atque exegeticis incumbunt. Quos si quem ex iis fructum percepisse expertus fuero, ex animo laetabor bonoque Deo gratias agam qui uti magna gubernat ita minimis providens mihi ut haec ex tenebris protraherem pro clementia sua largitus est. Ceterum fieri potest ut ab iis, qui ad bibliothecas sedent commodoque ad membranarum scrinia aditu fruuntur, vel aliorum versionis antiquae codicum, vel ejusdem, cujus aliqua folia ut invenirem mihi contigit, alia etiam fragmenta detegantur. Antiquae enim versionis codices postquam Vulgata nova in ecclesiis introducta fuit ad libros compingendos facillime adhibebantur. Illa vero folia nostra quum codici cuidam agglutinata fuerint, qui judicibus archaeologis saeculo circiter decimo quinto compactus est, ipsa testantur, originale cujus olim fuerunt volumen sero demum tempore dilaceratum fuisse; unde exspectatio oritur, fore ut si illius aliqua folia ad parandas aliorum codicum compacturas adhibita sunt, ea futuro tempore itidem inveniantur. Quod ut feliciter eveniat, quoniam quo major fuerit manuscriptorum copia allata, eo clarior his rebus lux affundetur, etiam atque etiam opto.

Corrigenda: p. 25, lin. 33 legas Germanicarum; ib. lin. 34 indagator me docuit; p. 30, lin. 23 $\overline{\text{DOM}}$·; p. 30, lin. 24 T$\overline{\text{DS}}$; p. 35, lin. 22 NARIA·ET

FASCICULUS SECUNDUS.

Ex quo tempore feliciter mihi contigit, ut latinae prophetarum versionis qualis ante Hieronymum fuit aliqua fragmenta in abscondito quodam bibliothecae Fuldensis codice manuscripto invenirem ex eoque eruerem atque data occasione ederem, quandoquidem ea ad lumen tum patrum operibus tum LXX seniorum textui afferendum aptissima esse mihi videbantur, alias illius interpretationis amplioresque partes ut quomodocunque possem detegerem ac colligerem nunquam non studui. Neque desperavi, id quod optabam a me obtineri posse. Simplici enim ratiocinatione, quoniam fragmenta illa in foliis quibusdam perscripta deprehenderam, quae saeculo circiter decimo quarto ad illum codicem compingendum adhibita fuerant, spes mihi oblata est, fore ut si mihi omnium quae Fuldae asservantur codicum volvendorum revolvendorumque potestas daretur, alias eiusdem exemplaris membranas ad similem usum quondam abiectas ex nocte sua ad lucem protraherem. Quam veniam quum anno superiore ab eo expetiissem, penes quem illo tempore summa bibliothecae cura fuit, illustrem dico dominum de Heppe, virum nobilissimum, quem gubernationi provinciae Fuldensis morte praematura ereptum esse iamiam lugemus, pro paratissima, quae in eo vigebat, promovendarum literarum voluntate animo lubentissimo mihi concessam esse etiamnum laetor. Definito enim die quum ad perlustrandas illas silvas descendissem operamque frustraneo complurium horarum impendio non deterritus strenue continuassem in tres pedetentim codices incidi, quorum tegumenta ab interiore parte iisdem characteribus vetustissimis conspicua erant, quos e codice illo prius detecto bene noram. Fuit Augustini sermo de decem chordis, qui duas columnas fere integras mihi praestaret, Chrysostomi tractatus de evangeliis, qui itidem duas easque integras exhiberet: octo vero tantum non integras in Augustini psalmorum expositione inveni; quas si computavi, duodecim, si vero eas addidi, quas ab altera membranarum parte scriptas esse dubium non erat, viginta quattuor nactus eram, qui numerus viginti illas quas duobus in foliis antea inveneram inventasque edideram quaternione superavit. Qua de re quo gaudio exsiluerim (quamvis bene scirem, neque Papiae Hierapolitani libros de verbis dominicis, neque Quadrati Atheniensis orationem apologeticam, neque Iustini martyris adversus omnes haereses disputationem, quorum operum postquam temporum iniuria dudum periere reperiendorum

Cap. I. Opus inchoatum continuatur.

summmo desiderio omnes theologi tenentur, sed simplicem modo Veteris Testamenti versionem latinam neque eiusdem nisi aliqua fragmenta in manibus meis haberi) iudicent ii, qui similium pervestigationum simili eventu aut ipsi usi sunt, aut sese usos fuisse apud animum imaginari voluerint.

Neque vero excussa bibliothecae Fuldensis scrinia exspectationi meae terminos posuerunt; imo ipsa aliam alicubi existere fodinam, ex qua auream versionis nostrae supellectilem augerem, alacrem suspicionem mihi excitaverunt. Nam illos codices quum accuratius intuerer, non solum externa indole inter se quam simillimos esse vidi, sed eo maxime inter se convenire ex signis bibliothecariis deprehendi, quod Weingartensis quondam monasterii fuerint. Unde concludi licuit, illud ipsum volumen antiquissimum, cuius reliquias reppereram, eo aevo, quo isti codices compingebantur in monasterio Weingartensi a sinistris hominibus dilaceratum atque ad colligandos alios libros fuisse adhibitum; ita ut, si integra exstaret bibliotheca Weingartensis, alia nec pauca illius libri fragmenta continere censenda foret. Quam quidem una cum reliquis illius monasterii possessionibus sub initium nostri saeculi discerptam atque in varias vel patriae vel exterorum regiones disseminatam esse notum est; neque Fuldae solum, sed Hagae Comitum etiam, Darmstadiae, Gissae, Stutgardii quasdam illius partes asservari literis datis acceptisque per complures viros doctos, rei bibliothecariae expertos, edoctus sum. Itaque sciscitandi viam sic apertam quamvis longissime protensa esse videretur, ingredi non haesi. Et Haga quidem eorum quae optavi nihil attulit. Quaerenti enim mihi an in publica istius civitatis bibliotheca Weingartensia aliqua haberentur, Holtropius vir doctissimus, qui ei praeest, respondit nonnisi duos ibi libros mss., qui Weingartiae olim fuerint, inveniri eosque ita comparatos, ut quum tegumentis omnino destituti sint versionis meae fragmenta neque exhibeant neque possint exhibere. Neque plura Gissensium bibliotheca academica mihi praestitit. Eo laetiores vero nuntios Stutgardio Darmstadiaque mihi allatos fuisse vehementer gaudeo. Nam Staelinus, rerum Würtembergensium scriptor clarissimus, publicae bibliothecae Stutgardiensi praefectus, ex quo petieram, ut si qui illic essent codices quondam Weingartenses, fragmentorum meorum specimine lithographico munitus aliquos ex iis revolvere vellet ac pervestigare, num forte in tegumentis membranas haberent eadem scriptura excellentes, in iis quidem copiis librariis, quae suis curis essent subiectae, nil illis simile exstare monuit, sed quod summo me perfudit gaudio gratique erga Deum animi sensibus totum percussit, in ea bibliotheca, quae ipsius regis esset, non modo aliquos libros Weingartenses, sed etiam talia quae desideraveram inveniri, exoptatissimis literis mecum communicavit. Scripsit enim se in vetusto codice Weingartensi, qui Bedae Venerabilis librum de ratione temporum continet, membranam deprehendisse item tegumento libri agglutinatam ad fragmenta mea sine dubio appertinentem, in cuius rei testimonium mihi aliquorum verborum ibi scriptorum specimen manu sua factum benevole transmisit, quae ad antiquissimam Danielis prophetae versionem latinam referenda esse cognovi. Literis igitur scriptis Klumppium virum benevolentissimum, qui regi Würtembergiae a libris aulicisque consiliis est, adii ac quaestione mea proposita ex eo rogavi, ut si fieri posset illius mihi membranae legendae atque edendae facultatem daret. Qui insignia mihi ac gratissima praestitit officia. Etenim non solum omnes, quicunque in bibliotheca regali possidentur, libros mss. Weingartenses revolvendo praeter illam de qua verba feci complures alias membranas quae

ad fragmenta mea spectant deprehendit, sed earumdem explicandarum a rege potentissimo atque clementissimo copiam plenissimam mihi impretravit. Accipias ergo, quem columnarum numerum per gratissimam illius viri erga me liberalitatem sim assecutus. Bedae igitur illud volumen versionis columnas sex continet, Danielis prophetae aliqua vaticinia complectentes. Hieronymi duo volumina viginti sex columnas secum habent, quae Amosi, Hoseae atque Ezechielis aliquas partes comprehendunt; inter quas inveniuntur, quae cum fragmentis Fuldensibus ita sint connexae, ut, ubi haec desinunt, filum orationis cultro quondam abruptum protinus continuent. Alii mihi codices Ezechielis columnas sex, Jonae duodecim, Michae fere duodecim comparaverunt; quos ad codices quae accessit membrana, quam pridem ab homine quodam literarum studioso male e codice aliquo excissam Klumppius postea invenit, sex alias Ezechielis columnas continet. Denique qui Darmstadinae bibliothecae praeest Mitzenius vir clarissimus, ex quo eadem petii, quae Staelinus ac Klumppius mihi benevole praestiterant, unam in codice quodam Weingartensi invenit membranam, in qua Ezechielis ac Danielis columnae decem scriptae erant, quam benigne mecum communicavit. Quas cum computaverim septuaginta octo columnarum numerum confeci, qui Fuldensium fragmentorum multitudinem non modo assequitur, sed longe superat. Qua in re grato expertus sum animo, si quis sedulo bona quaesierit, eum annuente Deo atque adiuvante hominum liberalium benignitate hodienum quoque bona invenire, si quis rogaverit, accipere, si quis foras pulsaverit, ab introitu non prohiberi.

Cap. II. Codex describitur.

Quibus membranis, postquam a tegumentorum ligno absolutae erant, legendis atque arte critica pertractandis quum per longius temporis spatium operam darem, fieri non potuit quin codicis ad quem quondam pertinuerunt, accuratiorem assequerer cognitionem, quam quae ex duobus illis tribusve foliis anno superiore editis mihi provenerat. Cuius quidem incrementa fere sunt haec.

Primum scripturam, quamvis ex iisdem ubique quos noram pulchris regularibusque characterum formis composita sit (cuius rei testem proposui tabulam huic schedae adligatam, in qua membranarum tum Fuldensium, tum Stutgardiensium paucos aliquos versus accurate descriptos vides) hic illic ea ratione variari animadverto, ut si quod vocabulum excellentius occurrit vel si nomen autoris effertur vel ad explicandam aliquam prophetiam Christi nomen introducitur, id rubro colore sit pictum [1]); quo scribam in versibus quoque initialibus atque in librorum titulis ac subscriptionibus usum esse videmus. Quam ad rem ipsa quoque figura quaedam pertinet in Danielis vaticiniorum titulo conspicua, quae quum mihi in singulari quodam ornamentorum genere posita esse videretur in eadem de qua dixi tabula incisa est: semicirculum dico tum atramento tum rubro colore pictum, super basin atram elatum, in quo, si oculorum acie frueris, literas . . ADRAC MISAC . . BED . . . . ANGELUS i. e. nomina trium puerorum Sadrac, Misac, Abednego qui propter pietatem in fornacem ardentem coniecti Angelo opem ferente servati sunt, in semiorbe scripta perspicies. A quo qui includitur secundus tertiusve semicirculus quarta fere parte illo minor, ac fortasse ad os fornacis repraesentandum destinatus, itidem aliquorum characterum reliquias videtur continere, quorum quum color dispa-

1) Cf. fragmenta quae Dan. II, 31, IX, 26, X, 1 etc. continent.

ruerit praeter L quod ultimam locum habet, neque naturali oculorum acie neque adhibito microscopio dignosci ullo modo poterant.

Interpunctionis, in quam diligenter inquisivi, ea ratio esse deprehenditur, ut quum uno ubique eodemque signo in terminandis enuntiationibus scriba sit usus i. e. puncto eoque fere aculeato, magna tamen in eo vel collocando inveniatur varietas vel in pingendo rationalis libertas. Nam illud quum fere soleat ad dextros earum quae commata terminant literarum humeros apponi, non desunt loci, in quibus aut supra illos aut infra sit inscriptum, quae diversitas, quoniam non diversae alicui scribae intentioni, sed soli scribentis commoditati inservit, ad illud triplex punctorum discrimen, de quo Isidorum Hispalensem scripsisse eruditi norunt, referri non potest. Alterum est idque valde placet, quod punctum illud si quae fortior insignitur membrorum disiunctio, largiore stilo exaratum invenitur, sin debilior, obscurius modo indicatum; qua re in scriba nostro vividior quam quae in ista hominum specie esse solet animi attentio fuisse affirmatur.

Quod ad *lineas* attinet, quae a scribis ad versus iuste exarandos adhibitae esse solent, membranarum nostrarum ea invenitur varietas, ut aliae ne ullum quidem illarum vestigium praebeant, aliae tum verticales tum quas nos dicimus horizontales exhibeant.

Paginarum tituli, qui autorum sacrorum nomina et dignitatem ita indicant, ut dignitas per vocabulum PROFETA expressa in recto latere, nomen ex. gr. IOEL in verso conspiciatur, duplicibus additamentis sunt instructi. Nam primum ornamenti ergo quaternas lineolas obliquas in formam furcillarum extensas, quarum exemplum in tabula pictum habes, exhibent; tum vero, quod maius est, singulos autores eo numero, qui ipsis secundum prophetarum seriem in versione LXX virorum observatam competit, adornant. Quo factum est, ut si quis codicem quondam integrum evolutum ante oculos habebat, in capite sinistrae paginae ex. gr. legeret

AMOS vel	in capite	dextrae	PROFETA II, vel
MICHAEAS vel	»	»	PROFETA III, vel
IOEL	»	»	PROFETA IIII etc.

qua re lector in perspiciendo scripturae s. ordine magnopere iuvabatur. Tacendum vero non est, hanc numerationem in iis membranis, quae Ezechielis ac Danielis fragmenta continent, desiderari.

Capitum numeros, ipsius scribae manu literis capitum initialibus iuxta positos, complures inveni:

ad	Hos.	XIV, 1	numerum	VIII
»	Am.	V, 24	»	VII
»	Ion.	II, 1	»	II
»	»	III, 3	»	III
»	Ez.	XVII, 3	»	XVI
»	»	XVIII, 1	»	XVII
»	»	XXVIII, 11	»	XXVIII
»	Dan.	II, 31	»	III;

quos numeros, licet cuipiam flocci videantur habendi, tamen quoniam ad rationem quae inter nostram textus sacri partitionem et antiquam obtinet intelligendam aliquid conferunt, hic omittere nolui.

Scripturae menda rarissima in his membranis. Quorum corrigendorum vel ipse scriba vel homo nescio quis illi coaevus eam secutus est rationem, ut non lineolis, quod nos facere solemus, literas perfoderet, sed punctis subterpositis eas instrueret. Ceterum non deest quaedam serioris aetatis manus, quae rei criticae parum perita uno quidem in loco bonis textus verbis suos errores intrudere conata est, ita tamen, ut quae scriba recte posuerit etiamnum facile eruantur.

Praeterea *aliam manum admodum vetustam* deprehendi, quae non atramento sed atro colore cui ferrum defuit instructa tum figuras quasdam arbusculis similes, quarum specimen in tabula proposui, eum in finem textui appinxit, ut quae notatu digna videbantur in oculos caderent, tum verbis appositis ea signavit, quae usui liturgico inserviebant, cuius rei unicum quod in membranis nostris cernitur exemplum, subter Ezech. XVIII, 1 positum, quum propter vetustam characterum speciem tum aliis ex causis de quibus infra agetur, tabulae inserendum curavi.

Denique qui sub extrema columna membranae Darmstadio mihi allatae pollicis spatio interiecto numerus XXXVI reperitur, exoptatissimus in oculos cecidit. Namque is quum ex eorum genere sit, qui ad indicandam *compactionum* sive *compacturarum seriem* faciebant, effecit, ut quis fuerit codicis nostri, quum integer esset, ambitus opera non admodum difficili adhibita certiores redderemur. Illa enim membrana, duo quae nos dicimus folia sive quattuor paginas efficiens, quoniam ab altera parte locum Ezech. XLVIII, 22 usque ad finem prophetiarum Ezechielicarum, ab altera locum Danielis prophetae II, 18 usque ad II, 33 continet, duabus suis partibus quasdam alias membranas oportet olim incluserit, quae initium Danielis i. e. historiam Susannae et quae usque ad Dan. II, 18 sequuntur complectebantur. Iam vero si quaeris, quot eae paginas complexae fuerint, ex computatione reliquarum quas habemus paginarum facile invenitur fuisse duodecim. Unaquaeque igitur compactura ex sedecim paginis sive octo foliis constitit. Porro si, quod ille numerus indicat, compactura sexta et tricesima loco Dan. II, 33 terminatur, quaeritur, quanta s. scripturae pars intra fines praecedentium triginta quinque compacturarum fuerit comprehensa. At secundum eum quem dixi paginarum ambitum dubitari nequit, cunctorum prophetarum libros ab Hosea inde usque ad locum Ezech. XLVIII, 22 illic fuisse contentos; unde sequitur, initium primae compacturae factum fuisse per Hoseae vaticinia. Quod reliqua spectat, inter duo optio data est iudicia. Aut enim eo codex fuit destinatus, ut corpus prophetarum complecteretur; quod si supposueris, secundum calculi nostri rationem, quoniam quae a loco Dan. II, 33 usque ad finem historiarum Beli et Draconis sequuntur, tres efficiunt compacturas, sequetur illum e triginta novem compacturis constitisse. Aut codex unum fuit e compluribus voluminibus totam scripturam s. complectentibus similique ratione atque tertium codicis Alex. volumen praeter prophetas libros Maccab. aliosque continuit; quod si accidit, ad quinquagesimam usque protensus fuit. Utrumlibet sentimus, tantum tamque excellentem thesaurum non tam temporum iniuria quam hominum brutorum barbarie perditum esse, aegerrime feremus.

Cap. III. Glossae marginalis editae.

Cuius postquam aliquas partes reppereram, non satis habui textum recuperasse, sed glossis etiam marginalibus quibus instructus est pervestigandis, quamvis legendi incredibilis esset difficultas, animum putavi esse admovendum. Triplex enim earum est pretium. Nam primum, quod ad rem diplomaticam pertinet, characterum minuscularium speciem quandam admodum

raram, uncialium vestigia etiam exhibentem, praebent scripturamque oculis obiiciunt neque ullis vocabulorum separationibus neque interpunctionis signis distinctam et quae ad illustrandas rei scriptoriae mutationes singulis temporibus factas aliquid conferre videatur. Deinde non solum, quod in priori huius operis fasciculo monui, ad aestimandam codicis antiquitatem faciunt, sed etiam quaerenti, per quaenam saecula versionis latinae antehieronymianae usus in ecclesia factus fuerit, non incommode inserviunt. Tertio loco, quandoquidem autorem quendam produnt non latinae modo sed graecae etiam linguae peritum ac versionis Alexandrinae et reliquarum quae fuerunt graecarum scientia ornatum, ad historiam theologicae eruditionis, qualis ante tempora Carolingica fuerit, illustrandam aliqua videntur contribuere. Qua de causa profecto dolendum est, tantam earum partem aut vermibus exesam aut cultro abscisam esse, ut nonnisi paucarum integer tenor sit conservatus. Nec tamen ab ipsis fragmentis existimavi esse abstinendum; studuique potius, ut quaecunque scripta exstabant, legerem atque ederem. Qua in re, quum atramenti color maximam partem prorsus evanuerat, Gioberti tinctura caute adhibita egregie adiutus sum. Quid quod illius ope glossam aliquam, ad fragmenta prius edita pertinentem, rectius ut legerem me provectum esse fateor. Nam quae glossator ad locum Hos. VIII, 3 *[inimicum persecuti sunt sibi]* adnotavit, sine ulla dubitatione sic legenda sunt:

quod ipse sibi inimicum excitet aliter LXX sicut latinus

quam vocem ut in eorum locum quae in priori fasciculo p. 19 posui restituat a lectore benevolo peto rogoque.

Iam sequuntur quae in reliquis membranis ad textum adnotata inveniebantur legique poterant.

Hoseae XIII, 4 *qui saluet non est praeter me]* quia in filio pater quia sps̄. qui saluat sps̄. xp̄i. est

» »] qui cognoscit dm̄. cognoscitur a dō. sicut paulus d(icit) nunc autem agnoscentes dm̄. agniti estis a dō.

XIII, 7 *ero illis sicut panthera et sicut pardus]* duram pro meritis et agrestem indicat poenā esse repetendam ut quasi . . . .

Michae I, 10 *nolite reaedificare de domo derisoria]* haec derisoria pluraliter

IV, 8 *et intrabit initium regnum primum ex babylonia filiae hierusalem]* ex babylonia alii non habent ut origenis d. ut sit primū regnum xp̄i. quod intrat in ecclesiam aut regnum ecclesiae

IV, 14 *in uirga percutient super maxillas]* uirga uisitationis uisi . . .

V, 1 *et tu bethleem domus* etc.] in qua n(atus) est xp̄s. eo . . est furor inuidens qu . . quando occidit paru . . ergo domus panis qui . . occisos infantes fur . . enim furorem her . . [1])

1) Haec forsitan ex indole reliquarum glossarum sic compleveris: *in qua natus est xps., eodem redit efratae nomen, quod est furor invidens, qui fuit herodis quando occidit paruulos. Propter xpm. ergo domus panis qui fuit panis vivus. Propter occisos infantes furoris urbs xps. enim furorem herodis fugit.*

Michae V, 1 *numquid minima es ut sis in milibus iuda]* alii sic hoc est non es minima alii minima es inter principes iuda sic iste hoc est qui pauci sunt ipsi saluifiunt ideo paucos et electos habere meruisti non plures perituros

V, 2 *et residui fratrum reuertentur]* Cum intrauerit plenitudo gentium . . . ac omnis istrahel saluus erit isti ergo reuertentur . . . salus . . uis nos confundi . . . cum audiat secundum genus omnium hominum.... istrahel nequiorem hoc est iuda... in spu. non in litera istrahelite . . in occultos et post . . (int)eritus estis . . (eu)ndem istrahel caecatum et caecati istrahel . . . . . . et in exitu . . (cae)cati istrahel plenitudinem intrasse gentium . . . . gentium illum prius . . istrahel reddendum saluti et restituendum . . . . . . desertae quam eius quae habet uis . . . . parturiendi et congregationis et resurrectionis . . . moriendi . . . . quia mortua est tua synagoga [1])

V, 3 *stabunt et uidebunt et pascent gregem]* stabit dns. et uidebit ut nos stare faciat antecurrit sicut habes a summo coelo egressus et occursus eius usq. ad summum eius Cum autem venerit ad summum caeli stat ut suscipiat venientes et uideat eos

V, 5 *et erit haec pax cum assyrius venerit super terram]* cum aduersarias temptationes suas effuderit et non potuerit praeualere tunc erit pax pax facta est palo postea quam lapidatus est caesus est . . . .

V, 7 *ros a dmo. decidens]* ros qui refrige(rat)

V, 8 *et erit residuum iacob in gentibus in medio populorum multorum sicut leo inter pecora in saltu]* gentes tamqam in saltu siluestri et inculto uitam ducunt

» » *et sicut catulus in gregibus ouium]* potest et de xpo. intelli(gi)

V, 10 *exterminabo equos tuos]* motus tuos

» »] quare cum praemiserit exaltabitur manus tua super tribulantes te et omnes inimici tui exterminabuntr subiecit exterminabo equos tuos de medio tui et perdam quadrigas tuas et perdam ciuitates terrae tuae primum non paenitus delentr ita ut non sit qui exterminabuntur neq. enim gentes fecit non esse quos dicit inimicos sed sic exterminauit eas quomodo corinthium paulus tradidit in interitu carnis non enim inter(iit h)uius sps. sa(l)uus factus est (e)t alibi habes que dns. ihs. interficiet spu. oris sui et destru . . . [2])

---

1) Huius glossematis in integrum restituendi, quia tum carie tum cultro fere dimidia sua parte privatum est, sine temeritate ne periculum quidem facere poteram; id quod vel magis de duabus glossis longioribus valet, quas ad locos Ezech. XVII et XVIII notatas inveni.

2) Glossa quae hic cum membrana abscissa est non potest quin longiorem habuerit ambitium. Nam illi *primum* sine dubio *deinde* respondit quod hic non legitur.

Michae V, 10 *maleficia tua]* uel quae fecerunt uel quae passi sunt

» » *et qui respondeant non erunt tibi*] qui temere respodeant falsa pro ueris ad eos enim qui . . .

Ezech. XVII, 3 *aquila illa magna*] — enuit avium et capillis eius sic . . .

— propter . . . titudinem quandam cordis et rap(i)nae et quod

— ro bono quidem dictum est sec .... detractam ideo isti reges aquilis comparan . .

— caelis . . . diabolus et . . . . egyptiorum quia habes in hoc ipso

— agrium qui sedis in medio flum . . . cuis qui dicis mea sunt . . . . . . feci ea et ego dabo laqueos in maxillas tuas et . . . .

— is tuus et educam te de medio fluminis tui et omnes pisces fluuii s . . . . . adherebunt et deiciam te ergo dua igitur adversae . . .

— quilis exaltantes se aduersus altitudinem scientiae nec mo . . . . . . (h)abet de scis. et uolabunt sicut aquilae currentes . . .

— non esurient quum et leo sequi quaerit quem deuoret et leo est de tribu (iud)a et in deserto suspensus est serpens in figura dni. . . .

— pentem saluus fieret sic et nunc qui in exaltatum per crucem crediderit saluus erit duae igitur potestates sicut duae aquilae sunt . . . .

— sicut libanum candidum et exaltatum inquirant arbores spiritales quae cum essent uirtutis . . . . .

» » *aquila illa magna*] babylonis

» » *in libanum*] duces hierusalem et in principes eius

XVII, 6 *infirmam*] *ACΘENOYCAN* abducti enim babyloniam infirmi facti sunt

XVII, 22 *evellam et plantabo ego*] prius malū minatur postea bonm subdit sic et alibi prius occidam inquid et sic sanabo occidam et uiuere faciam percutiam et sanabo

» » *in monte excelso*] iam non in terra chanaam

XVII, 23 *omne volatile sub umbra eius*] spirit(a)lia designat

XVIII, 1—4 *patres nostri manducauerunt uuam acerbam* etc.]

— didi dentes spon — —

— atis implerent perfectorum enim est sal . . . .

— et dentes nostros sicut uua acerba haec uua de uinea istrah —

— item fructiferum quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena est erg(o s)pina uineae quam aper deuastauit (fe)rus est u(ua) acerba est . . .

— se spina est uitis ubi quis nec prima orditur temptamenta sapientiae uua acerba ubi quis propter iniquitatem inepta studia sapientiae et quasi . . .

— serit amaritudo uitis est perfecta et consummata malitia est ideo non liget dentes nostros uua acerba quos oportet in torcularibus esse . . .

— ua perfecta et

— ait in LXXXIII psal

— abitant in domo

— culorum lauda

— legi abiectus esse

— interfecti et cura

— unt torcula

— alii dentes obstu

— a acerba quae

— edentur alius (?)

— *ΤΟΥ ΦΑΓΟΝ* . . .

— *ΔΟΝΤΕC* vice

— *EC ΑΥ* [1])

. . . .

— ccitu pa

— ad tertium

— erationem his

— et faciens in ist

— alia his qui me

— iunt praece

— magnanimi

— ars et iustiti

— misericordiam

— iniquitates et iniustitias et peccata et mundabit reos adducens iniquitates patrum in filios filiorum usque ad tertium et quartum . . .

---

1) Haec graeca ad Ezech. XVIII, 4 pertinent, qui versus secundum cod. Alex. legitur: — *ἀποθανεῖται καὶ τοῦ φαγόντος τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτοῦ.* Eadem fere codd. 26, 147, 239, 306 exhibent.

— uidentur esse con(tr)aria nisi referas alios filios istos qui fuere in peccato suscipiunt sicut apostolus docet dicens adam enim non est seductus . . .

— aricatione fuit salua autem erit per filiorum regenerationem si manserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrie . . . [1])

— rmes in te bonus partus gratiae nam et esaias ait (propter metum) dne in utero accepimus et parturiuimus et peperimus [2])

— cum vel degruuant

— istorum . . . . dom dicit . . . . . propterea non adducitur in consummationem iudicium qa di — —

— qui pluit super . . . et iniustos sed panem uiuum hoc est di. verbum qui esurienti d . .

— diuiti qui — — iacob pinguis enim proicit sermones di. post se istum reuomet

Ez. XVIII, 2—3 *obstipuerunt*: sunt qui habent obstupefactos dentes acidi esu sunt qui nec dentes adhuc habent lac uos potius [3]) non esca nondum enim poteratis sed nec adhuc potestis

» XVIII, 5 *facit ius*] solomon cogitationes iustorum iudicia . . . .

» XVIII, 7 *nudum operiet*] animam nudam uerbo suo uestiet uerbum est enim di unica qaedam inhonestorum quo uestiuntur ut tegantur quae inhonesta sunt nostra [4])

Hae sunt, quas ad marginem notatas inveni, glossae vel glossarum reliquiae. Quae quum pro eo quod continent argumento vix quidem ita sunt comparatae, ut ullam alicui nostrum ad prophetarum vaticinia accuratius intelligenda opem praestent, memorabiles sane ea de causa videntur esse, quod symbolam aliquam ad illustrandam eruditionis theologicae historiam praebent. Namque ut nil dicam de sacrae scripturae scientia satis ampla, quam glossatori i. e. septimi fere p. Chr. saeculi viro docto infuisse e compluribus locis elucet, hae membranae simili, qua prius editae, ratione autorem nostrum et graeci textus et praecipuorum de s. scr. qui fuerunt commentariorum gnarum fuisse, abunde testantur. Etenim quod Ezech. XVII, 6 legitur *infirmam* ille ita explicat, ut ad graecum textum i. e. ἀσθενοῦσαν regrediatur. Tum ad exponendum versum Ezech. XVIII, 4, cuius textus ita constitutus est, ut ab aliis versionis Alexandrinae codicibus in longius protrahatur, ab aliis in brevius coarctetur, quandoquidem latina versio breviorem formam sequitur, ille longiorem (idque graecis verbis) margini inscripsit; de qua quae dixerit accurate considerare operae pretium foret, nisi quod dolendum est ipsa glossa temporum iniuria propemodum deleta esset. Conf. quae supra monui p. 9, not. 1. Quae vero ad locum Mich. V, 2 de significatione nominum Efrata et Bethlehem margini intulit, quamquam ea quoque cultro male lacerata

1) cfr. I Timoth. 2, 15.
2) Locus est XXVI, 18
3) omissum est *nutrit*.
4) Pro *unica* legas *tunica*.

sunt, tamen per ipsas reliquias clarissime illum ostendunt attentum fuisse Hieronymi lectorem, cuius in commentariis ad eundem locum haec inveniuntur adnotata: *in utroque nomine significat (propheta) sacramentum: domus enim panis dicitur propter panem vivum qui de coelo descendit. Et Ephrata quod interpretatur furorem propter Herodis insaniam, quia illusus a magis iratus est valde et mittens universos occidit infantes* etc., quae verba fere eadem sunt atque illa quae apud nostrum in margine conservata legimus. Deinde ipsius Origenis de duodecim prophetis tomos, qui aetatem non tulerunt, illum et cognosse et in rem suam vertisse, glossa ad Mich. IV, 8 scripta testatur; unde, quod latius patet, in numero eorum prophetarum, quos Origenes commentariis instruxit (cfr. contra Celsum VII, p. 339: *ἐν τοῖς πραγματευθεῖσιν ἡμῖν εἰς τὸν Ἡσαΐαν καὶ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, καὶ εἰς τινας τῶν δώδεκα*), Micham fuisse, concludendum est. De quo eruditionis gradu satis alto quo certius est theologos per ea quae secuta sunt saecula immensum quantum descendisse, ita ut in plagis occidentalibus vix invenirentur qui ipsius LXX virorum versionis experti essent, eo minus quae in glossis nostris illius vestigia deprehenduntur videntur esse vilipendenda.

Mich. VII, 20	ἡμῶν. [20] δώσει εἰς ἀλήθειαν τῷ Ἰακώβ, ἔλεον τῷ Ἀβραάμ, καθότι ὤμοσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν.	[20] dabis ueritatem huic iacob· misericordiam huic habrahae· sicut iurauit pa . . . . dies pristinos	nostra. [20] Dabit veritatem Iacob, misericordiam Abraham: sicut iurasti patribus nostris iuxta dies priores.	peccata nostra. [20] Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quae iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

MICHAEAS EXPLICITUS
INCIPIT IOEL

Ioel I, 1	[1] Λόγος κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἰωὴλ τὸν τοῦ Βαθουήλ.	[1] Uerbum dmi. quod factum est ad ioel filium bathuel	[1] Verbum Domini quod factum est ad Ioel filium Bathuel.	[1] Verbum Domini quod factum est ad Ioel filium Phatuel.
» 2	[2] ἀκούσατε ταῦτα οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν· εἰ γέγονε τοιαῦτα ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἢ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ὑμῶν;	[2] Audite haec seniores et praebete aures omnes qui habitatis in terram si facta sunt talia in diebus uestris aut in diebus patruum uestrorum super eos·	[2] Audite haec senes, et auribus percipite omnes habitatores terrae: si facta sunt talia in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum?	[2] Audite hoc senes, et auribus percipite omnes habitatores terrae: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum?
» 3	[3] ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς τέκνοις ὑμῶν διηγήσασθε, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν.	[3] filiis uestris narrate et filii uestri filiis suis et filii eorum nationibus aliis	[3] Pro his filiis vestris narrate, et filii vestri filiis suis, et filii eorum in generationem alteram.	[3] Super hoc filiis vestris narrate, et filii vestri filiis suis, et filii eorum generationi alterae.
» 4	[4] τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης κατέφαγεν ἡ ἀκρίς, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς ἀκρίδος κατέφαγεν ὁ βροῦχος, καὶ τὰ κατάλοιπα τοῦ βρούχου κατέφαγεν ἡ ἐρυ-	[4] Residuum uru . . . . residuum lucustae comedit bruchus· et residuum bruchi comedit erysibee	[4] Residuum erucae comedit locusta, et residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi com-	[4] Residuum erucae comedit locusta, et residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi com-

(A) Mich. VII, **20**. *δώσεις* 22. 23. 36. 42. 49. 51. 62. 86. 95. 147. 185. 238. 240... *ἀλήθειαν εἰς* omittunt iidem... *ἀλήθειαν τούτῳ τῷ Ἰακὼβ* nuspiam. Neque usquam *τούτῳ τῷ Ἀβραάμ... ὤμοσε* 40. 153. Compl.

Ioel I, **1**. *λόγοι, οἳ ἐγένοντο* (ut videtur) 22.

» **2**. *ἀκ. δὴ ταῦτα* Alex. XII. 26. 40. 49. 106. 198. 233... *καὶ* pro *ἢ* 198. 233.

» **3**. *περὶ αὐτῶν* minuscularii fere omnes... verba *τοῖς τέκνοις* — *τοῖς τέκνοις* desunt 153... *διηγήσεσθε* 40.. *διηγήσασθαι* 62... *καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν* deest 40.

» **4**. *τὸ κατάλοιπον* in codd. graecis non invenitur. *ἐρυσιβὴ* nullibi.

(B) » **4**. Sabaterius (II, 911) ad hunc versum S. Paulini ep. 39. p. 241. b. perperam laudat. Neque enim in illa epistola, neque in hac pagina invenitur.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Ioel I, 5	σίβη. [5]ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες ἐξ οἴνου αὐτῶν καὶ κλαύσατε· θρηνήσατε πάντες οἱ πίνοντες οἶνον εἰς μέθην, ὅτι ἐξήρθη ἐκ στόματος ὑμῶν εὐφροσύνη καὶ χαρά.	[5]Euigilate qui ebrii estis a uino uestro· plorate et ululate omnes qui bibitis uinum in ebrietatem· quia ablata est ex ore uestro iucunditas et gaudium·	edit rubigo. [5]Evigilate qui ebrii estis in vino vestro, et plorate et plangite omnes, qui bibitis vinum in ebrietate: quoniam ablatum est de ore vestro.	edit rubigo. [5]Expergiscimini ebrii et flete, et ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro.
» 6	[6]ὅτι ἔθνος ἀνέβη ἐπὶ τὴν γῆν μου ἰσχυρὸν καὶ ἀναρίθμητον, οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὀδόντες λέοντος, καὶ αἱ μύλαι αὐτοῦ σκύμνου·	[6]quia ascendit gens super terram meam· gens fortis et innu . . . . ut dentes sunt leonis· et molares eius sicut catuli leonis·	[6]Quia gens ascendit super terram, fortis et innumerabilis: dentes eius leonis: et molares eius ut catuli leonis.	[6]Gens enim ascendit super terram meam, fortis et innumerabilis: dentes eius ut dentes leonis: et molares eius ut catuli leonis.
» 7	[7]ἔθετο τὴν ἄμπελόν μου εἰς ἀφανισμόν, καὶ τὰς συκᾶς μου εἰς συγκλασμόν· ἐρευνῶν ἐξηρεύνησεν αὐτὴν καὶ ἔῤῥιψεν, ἐλεύκανε τὰ κλήματα αὐτῆς.	[7]posuit uineam meam in exterminium· et ficulneas meas in confractionem scrutans er scrutauit et proiecit· exaltauit uites suas·	[7]Posuit vineam in dissipationem, et ficos meas in confractionem: scrutans scrutatus est eam, et proiecit: dealbavit ramos eius.	[7]Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticavit: nudans spoliavit eam, et proiecit: albi facti sunt rami eius.
» 8	[8]θρήνησον πρὸς μὲ	[8]lugeat me su-	[8]Plange ad me super	[8]Plange quasi virgo

(A) I, **5**. ὑμῶν nullibi... *καὶ* ante *κλαύσατε* deest 49. Compl... *καὶ κλαύσ.* — *μέθην* deest 153... *καὶ θρην.* 130. 311. Compl... *ἐξῆται* 42... *ἕκαστος ὑμῶν* 153... *εὐφροσ. κ. χαρ.* deest 87. 310. Compl.

» **6**. *ἔθνος ἀναβήσεσθαι* 240.. *αὐτοῦ ἀριθμοῦ ἰτε κρεῖττον* etc. 240. *ὡς ὀδ.* Slav... *σκύμνον λέοντος* nuspiam.

» **7**. *ἔθεντο* 198. 233. 240... *εἰς γλυκασμὸν* 36. 68.. *εἰς συνθλασμὸν* 42.. *εἰς συγκλεισμὸν* 49. 130. 147. 311... *εἰς κλασμὸν* Compl... *αὐτὴν* deest 26. 49. 106. 198. 233. 240. Alex. (cfr. Tischend. app.)... *ἐξεῤῥίζωσεν* 40. Compl... *exaltavit* sphalma calami pro *exalbavit* (*ἐλεύκανε*) in ipso Augustini Spec. (cf. locum infra notatum) nobis obvium est; item *er* sphalma pro *ex*.

» **8**. *lugeat me* errore scribae positum pro *luge ad me* (*θρήνησον πρὸς μὲ*).. *θρηνήσει* 22. 51. 62. 86. 95. 185. 238.. *θρηνήσῃ* 147.. *πρὸς μὲ* deest 23.. *παρθένον* Compl.

(B) » **5**. (Sab. l. c.) Gildas Sap. castig. in eccl. ord. p. 717. d. *Expergiscimini qui estis ebrii a vino vestro et plorate et lamentamini omnes, qui bibistis vinum in ebrietatem: quia ablata est ab ore vestro iucunditas et gaudium.*

» **5—7**. Augustin. Spec. (A. Maii Spicil. Rom. IX. app. p. 57; Patr. n. bibl. I, 2, p. 66.) *Sobrii estote qui ebri* [ita cod.] *estis a vino vestro: plorate et ululate omnes qui bibitis vinum in ebrietate, quia ablata est de ore vestro iucunditas et gaudium.* Ibique p. 105 et 99: *Quia gens* (*gens* deest p. 99) *ascendit super terram meam* (*meam* deest p. 105) *gens valida et innumerabilis: dentes eius sicut dentes leonis, et molares eius sicut catuli leonum. Posuit vineam meam in exterminium et ficus meas in confractionem;* et p. 99: *scrutans scrutinavit et proiecit; et exaltavit vites suas.* Ceterum Spicilegii textus novae bibl. textui postponendus est.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν παρθενικόν.	per sponsam praecinctam cilicium· super uirum eius uirginium·	sponsam accinctam cilicio super virum suum virgineum.	accincta sacco super virumpubertatis suae.
Ioel I, 9	[9] ἐξῆρται θυσία καὶ σπονδὴ ἐξ οἴκου κυρίου· πενθεῖτε οἱ ἱερεῖς οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ κυρίου.	[9] ablata est hostia et libatio de do . . . . tes qui deseruitis altario	[9] Ablatum ,est sacrificium et libatio de domo Domini: lugete sacerdotes ministri Domini,	[9] Periit sacrificium et libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes ministriDomini.
» 10	[10] ὅτι τεταλαιπώρηκε τὰ πεδία, πενθείτω ἡ γῆ· ὅτι τεταλαιπώρηκε σῖτος, ἐξηράνθη οἶνος, ὠλιγώθη ἔλαιον,	[10] quia miseri facti sunt campi· lugeat terra quia miserum factum est frumentum· arefactum est uinum diminuit oleum·	[10] quoniam desolati sunt campi: lugeat terra, quoniam afflictum est triticum, aruit vinum, imminutumest oleum.	[10] Depopulata est regio, luxit humus: quoniam devastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum.
» 11	[11] ἐξηράνθησαν γεωργοί· θρηνεῖτε κτήματα ὑπὲρ πυροῦ καὶ κριθῆς, ὅτι ἀπόλωλε τρυγητὸς ἐξ ἀγροῦ·	[11] arefacti sunt agricolae Lugete possessiones super tritico et hordeo quia perit uindemia ex agro· quoniam lignum non attulit fructum·	[11] Aruerunt agricolae: lugete possessiones pro frumento et hordeo, quia periit vindemia de agro.	[11] Confusi sunt agricolae, ululaverunt vinitores super frumento et hordeo, quia periit messis agri.
» 12	[12] ἡ ἄμπελος ἐξηράνθη, καὶ αἱ συκαὶ ὠλιγώθησαν· ῥοὰ καὶ φοίνιξ καὶ μῆλον καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ ἐξηράνθησαν, ὅτι ᾔσχυναν χαρὰν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.	[12] uitis arefacta . . . . granata et palmae et malae omnia ligna agri· arefacta sunt· quia confuderuntgaudium filii hominum	[12] Vinea aruit, et ficus imminutae sunt: malogranatum, et palma, et malum, et omnia ligna agri arefacti sunt: quoniam confuderunt gaudium filii hominum.	[12] Vinea confusa est, et ficus elanguit: malogranatum, et palma, et malum, et omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium a filiis hominum.
» 13	[13] περιζώσασθε	[13] Praecingite uos et	[13] Accingite vos .et	[13] Accingite vos, et

(A) I, **9**. *κυρίου* deest Alex. et minusc. fere omnibus.
» **10**. *τεταλαιπώρηται* 42. 68.. *ἐταλαιπωρήθησαν*, 2° - *ρήθη* 42. Compl.
» **11**. *κατῃσχύνθησαν* 22. 51. 86. 95. 114. 147. 185. 238. 240... *θρηνηθῆτε* 311... *καὶ* deest 106.. Verbis *quoniam lignum non attulit fructum* nil graeci respondet.
» **12**. *ῥοιαὶ* 228.. *φοίνικες καὶ μῆλα* nullibi... pro *mala e* legas *mala et.*
» **13**. *περιζ. σάκκον* 36. 49.. *λειτουργ.* — *σάκκοις* deest 147... *εἰςέλθετε* deest 49. 153... *κυρίῳ* post *λειτουργ.* nuspiam.. *θυσία καὶ σπονδὴ ἐξ οἴκου θεοῦ ὑμῶν* 23.

(B) » **8**. (Sab. II, 912) Hier. in Ezech. 27. col. 891. e: *Plange ad me quasi sponsa accincta cilicio super virum suum virginalem.* Adnotandum erat Sabaterio, haec verba mixti esse generis, quibus textus tum hebraeus, tum LXX viralis originem dederit.
(l. c.) Ambros. ep. 31. col. 914. e. *Lamentare ad me super sponsam praecinctam sacco in virum* (p. 916. b. *cilicio et super virum*) *eius virginalem.*
» **9—11**. (Sab. l. c.) Gild. Sap. castig. in eccl. ord. p. 717. e. *Lugete sacerdotes qui deservitis altari, quia miseri facti sunt campi: lugeat terra, quia miserum factum est frumentum, et siccatum est vinum et diminutum est oleum; aruerunt agricolae.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	καὶ κόπτεσθε οἱ ἱερεῖς, θρηνεῖτε οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ· εἰσέλθετε ὑπνώσατε ἐν σάκκοις λειτουργοῦντες θεῷ, ὅτι ἀπέσχηκεν ἐξ οἴκου θεοῦ ὑμῶν θυσία καὶ σπονδή.	plangite sacerdotes· lugete qui deseruitis altario· intrate dormite in ciliciis· deseruientes dmo. quia ablata est ex domo dei. uestri hostia et	plangite sacerdotes, lamentamini qui ministratis altari: ingredimini, dormite in saccis ministri Dei: quoniam defecit de domo Dei vestri sacrificium et libatio.	plangite sacerdotes, ululate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium et libatio.
Ioel I, 14	[14]ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν	libatio [14]sanctific	[14]Sanctificate ieiunium, praedicate curationem	[14]Sanctificate ieiunium, vocate coetum
Ioel II, 3	καὶ τὰ ὄπισθεν αὐτοῦ πεδίον ἀφανισμοῦ, καὶ ἀνασωζόμενος οὐκ ἔσται αὐτῷ.	et posteriora eius campi exterminii· et qui resaluetur non erit ex eis	et posteriora illius sicut campus solitudinis, et qui salvetur non erit ei.	et post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.
» 4	[4]ὡς ὅρασις ἵππων ἡ ὅρασις αὐτῶν, καὶ ὡς ἱππεῖς οὕτως καταδιώξονται·	[4]sicut aspectus equorum aspectus eorum· et sicut equites sic persequentur·	[4]Sicut aspectus equorum, aspectus eorum: et sicut equites sic persequentur.	[4]Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: et quasi equites sic current.
» 5	[5]ὡς φωνὴ ἁρμάτων ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἐξαλοῦνται, καὶ ὡς φωνὴ φλογὸς πυρὸς κατεσθιούσης καλάμην, καὶ ὡς λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρὸς παρατασσόμενος εἰς πόλεμον.	[5]et sicut uox quadrigarum supra cacumina montium exilient· et sicut uox flammae consumentis stipulam· et sicut populus multus et fortis prae	[5]Sicut vox quadrigarum super vertices montium exsilient, et sicut vox flammae ignis devorantis stipulam, et sicut populus multus et fortis praeparatus ad praelium	[5]Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exsilient, sicut sonitus flammae ignis devorantis stipulam, velut populus fortis praeparatus ad praelium.
Ioel IV, 2	(Ἰωσα)φάτ, καὶ διακριθήσομαι πρὸς αὐτοὺς ἐκεῖ ὑπὲρ τοῦ	(Iosa)fat· et adiudicabor ad eos ibi pro	(Iosa)phat: et disceptabo cum eis ibi pro	(Iosa)phat: et disceptabo cum eis ibi su-

(A) II, 3. ὡσεὶ πεδία Compl... οὐκ ἔστιν Alex... ἐξ αὐτῶν nuspiam.
» 4. ὡς ὁράσεις 26... ἡ ὄψεις αὐτῶν Alex... καὶ οἱ ἱππεῖς Alex.
» 5. καὶ ὡς φωνὴ 26... πυρὸς deest 239... καὶ ante ἰσχ. deest 91. 153. 311.
IV, 2. ἐπικριθήσομαι nullibi... καὶ ὑπὲρ τῆς κλ. 42... οὓς διέσπειρα Compl.

(B) I, 13. (Sab. l. c.) Zeno Veron. I, tract. 15. p. 112: *Praecingite vos et plangite sacerdotes, lugete omnes qui deservitis altari: quoniam ablata est de domo Domini* (al. *Dei*) *vestri hostia et immolatio.*
» 13—14. Augustini Spec. (A. Maii Spicil. Rom. IX, app. p. 57, Patr. n. bibl. I, 2, p. 36) *Praecingemini* (ita cod.) *et plangite vos sacerdotes, lugite* (ita cod.) *deservientes altario* (ita cod.), *introite, dormite in ciltis* (ita cod. pro *ciliciis*) *qui deservitis Deo: quia cessavit de domo Dei vestri sacrificium et elibatio.* Item illic: *Sanctificate* etc.
» 14. (Sab. l. c.) Tertull. contr. Psych. p. 988. c. (ed. Gersd. II, p. 198) *Sancite* etc. Ubi Gelenius legit *sanctificate* etc.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	λαοῦ μου καὶ τῆς κληρονομίας μου Ἰσραήλ, οἳ διεσπάρησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὴν γῆν μου κατεδιείλαντο,	plebe mea et pro hereditate *mea istra*hel· q*ui d*ispersi sunt in gentibus· et terram meam perdiuiserunt·	populo meo, et haereditate mea Israël, qui dispersi sunt in gentibus, et terram meam diviserunt.	per populo meo, et haereditate mea Israël, quos disperserunt in nationibus, et terram meam diviserunt.
Ioel IV, 3	[3]καὶ ἐπὶ τὸν λαόν μου ἔβαλον κλήρους, καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις, καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου καὶ ἔπινον.	[3]et super populum meum miserunt sortes et dederunt pueros meretricibus· et puellas uendiderunt pro uino et biberunt	[3]Et super populum meum miserunt sortes: et posuerunt puerum in prostibulo, et puellas vendebant pro vino, et bibebant.	[3]Et super populum meum miserunt sortem: et posuerunt puerum in prostibulo, et puellam vendiderunt pro vino ut biberent.
» 4	[4]καὶ τί ὑμεῖς ἐμοί, Τύρος καὶ Σιδών, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων;	[4]et adhuc uos mihi tyrus et sido*n*	[4]Quid mihi et vobis Tyrus et Sidon, et omnis Galilaea alienigenarum?	[4]Verum quid mihi et vobis Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palaesthinorum?
Ioel IV, 15	καὶ οἱ ἀστέρες δύσουσι φέγγος αὐτῶν.	et stellae occident luminaria eorum·	et stellae occidere facient splendorem suum.	et stellae retraxerunt splendorem suum.
» 16	[16]ὁ δὲ κύριος ἐκ Σιὼν ἀνακεκράξεται, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ὁ δὲ κύριος φείσεται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνισχύσει τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.	[16]dms. autem ex sion cl*amau*it et de h*ie*rusalem dabit uocem suam· et mouebitur caelum et terra· dms. autem parcet populo suo· et confortabit dms. filios istrahel·	[16]Dominus autem de Sion clamabit, et de Ierusalem dabit vocem suam: et movebitur coelum, et terra: et Dominus parcet populo suo, et confortabit filios Israël.	[16]Et Dominus de Sion rugiet et de Ierusalem dabit vocem suam: et movebuntur coeli, et terra: et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israël.
» 17	[17]καὶ ἐπιγνώσεσθε διότι ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ὁ κατασκηνῶν ἐν Σιὼν ὄρει ἁγίῳ· καὶ ἔσται Ἱερουσαλὴμ ἁγία	[17]et cognoscetis quia ego sum dms. ds. uester· qui inhabito in sion in monte sancto meo	[17]Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo: et erit Ierusalem sancta	[17]Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo: et erit Ierusalem sancta

(A) IV, **3**. *κλῆρον* 49 ... *καὶ τὰ παιδ. ἔδωκ. π.* Compl.
» **4**. *καὶ ἔτι* 311 .. *καὶ ὑμεῖς* Alex. 311. al.
» **15**. Verba *καὶ — δύσουσι* desunt 95. 185 ... *οὐ δώσουσι* 239 ... *φέγγη* nuspiam.
» **16**. *ἀνακρ. ἐκ Σ.* 95. 185 ... *συστήσεται* 68 .. *σεισθήσονται* 130 ... *καὶ ἐνισχ. κύριος* XII. et minusc. fere omnes.
» **17**. *καὶ γνώσεσθαι* 62. 87. 91 ... *διότι ἐγώ εἰμι κύριος* 61 .. *ὅτι* etc. 130. 311 .. *ἡμῶν* 106 ... Verba *κατασκ. — ἁγίῳ* desunt 68 ... *ἐν Σιὼν* deest 62. 147 .. *ἐν ὄρει ἁγίῳ μου* minusc. fere omnes .. *ἐν ὄρ. ἁγ. μου ἐν Σ.* 153.

(B) » **16**. (Sab. II, 916) Iren. 3, 20, p. 214. c. et al. *Dominus ex Sion* (al. *in Sion*) *locutus est et ex Ierusalem dedit vocem suam.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Ion. I, 14	*τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνϑρώπου τούτου, καὶ μὴ δῷς ἐφ' ἡμᾶς αἷμα δίκαιον, διότι σὺ κύριε ὃν τρόπον ἐβούλου πεποίηκας.*	animam hominis huius· et ne des super nos sanguinem eius iustum· quia tu dme. quemadmodum uoluisti fecisti	animam viri huius, et non des super nos sanguinem iustum: tu enim Domine, sicut voluisti fecisti.	anima viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti.
» 15	[15] *καὶ ἔλαβον τὸν Ἰωνᾶν καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν ϑάλασσαν, καὶ ἔστη ἡ ϑάλασσα ἐκ τοῦ σάλου αὐτῆς.*	[15] Et acceperunt ionan· et miserunt eum in mare· et stetit mare a uiolentia sua·	[15] Et tulerunt Ionam, et miserunt in mare: et stetit mare a commotione sua.	[15] Et tulerunt Ionam, et miserunt in mare: et stetit mare a fervore suo.
» 16	[16] *καὶ ἐφοβήϑησαν οἱ ἄνδρες φόβῳ μεγάλῳ τὸν κύριον, καὶ ἔϑυσαν ϑυσίαν τῷ κυρίῳ καὶ ηὔξαντο τὰς εὐχάς.*	[16] et timuerunt uiri timore magno dom. et immolauerunt hostias dmo. et uota uoverunt·		[16] Et timuerunt viri timore magno Dominum, et immolaverunt hostias Domino, et voverunt vota.
II, 1	[1] *Καὶ προσέταξε κύριος κήτει μεγάλῳ καταπιεῖν τὸν Ἰωνᾶν· καὶ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.*	[1] Et praecepit dms. ceto magno ut gluttiret ionan· et erat ionas in uentre ceti tribus noctibus·	[1] Et praecepit Dominus ceto magno, et devoravit Ionam: et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus.	[1] Et praeparavit Dominus piscem grandem ut deglutiret Ionam: et erat Ionas in ventre piscis tribusdiebus,et tribus noctibus.
» 2	[2] *καὶ προσηύξατο Ἰωνᾶς πρὸς κύριον τὸν ϑεὸν αὐτοῦ ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους,*	[2] et orauit ionas de uentre ceti ad dom. dm. suum·		[2] Et oravit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis.
» 3	[3] *καὶ εἶπεν Ἐβόησα ἐν ϑλίψει*	[3] et dixit Clamaui ad dom. dm.	[3] Et dixit: Clamavi de tribulatione mea	[3] Et dixit Clamavi de tribulatione

(A) I, **14**. Verba *καὶ μὴ — δίκαιον* desunt 91.|153... *αὐτοῦ* post *αἷμα* nullibi... *κύριε* deest 45. 68.

» **15**. *τὸν Ἰωνᾶν* 95. 185 . . . *καὶ εὐϑὺς ὁ κλύδων ἅπας ἐπαύσατο* 95. 185 . . . *ἡ ϑάλ.* deest 40. 240. Compl... *ἀπὸ τοῦ σάλου αὐτῆς* 239.

» **16**. Verba *καὶ ἔϑυσαν — εὐχὰς* desunt 153... *ϑυσίας* 40. 42. 51. 62. 87. 91. 97. 228. 238. 310. Compl... *τῷ ϑεῷ* 86.. *προσηύξαντο* 36. 49.

II, **1**. *καὶ κατέπιεν* Compl... Verba *τρεῖς ἡμέρας καὶ* nullibi desunt.

» **2**. *πρὸς κύρ. τὸν ϑεὸν αὐτοῦ* post *κήτους* nullibi.

» **3**. post *εἶπεν* Alex. addit *ᾠδή*... *ἐν ϑλίψει* nuspiam post *ϑεόν μου*... *ἐν ϑλίψει* deest 95. 185... *ἐπήκουσε* 62. 310... *κραυγῆς μου* deest Compl... *εἰσήκουσας* 23.

(B) I, **14**. Quae Sabaterius ex Hier. libr. II. contr. Pelag. affert, loci versionem accuratam non exhibent.

II, **2**. (Sab. II, 937) Tertull. de orat. 13 *de ventre ceti.*

» **3**. (Sab. II, 938 cf. nostri operis fascic. I, p. 6, not. 7. 8. 9.) Ms. Luxov. cum Psalt. Ambros. *Clamavi ad Dominum Deum meum in tribulatione mea, et exaudivit de ventre inferni clamorem meum: et exaudisti vocem meam.*

Iren. III, 20. p. 213. c. *Clamavi ad Dom. Deum meum in tribulatione mea et exaudivit me de ventre inferni.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	μου πρὸς κύριον τὸν θεόν μου, καὶ εἰσήκουσέ μου· ἐκ κοιλίας ᾅδου κραυγῆς μου ἤκουσας φωνῆς μου·	meum in tribulatione mea· et exaudiuit me de uentre inferni clamoris mei exaudisti uocem meam·	ad Dominum, et exaudivit me: de ventre inferi clamoris mei, audisti vocem meam.	mea ad Dominum, et exaudivit me: de ventre inferi clamavi, et exaudisti vocem meam.
Ion. II, 4	4 ἀπέῤῥιψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης, καὶ ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με, πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπ᾿ ἐμὲ διῆλθον.	4 proiecisti me in altitudinem cordis maris· et flumina me circumierunt· omnia turbulenta tua· et fluctus tui· super me transierunt·	4 Proiecisti me in profundum cordis maris, et flumina me circumdedérunt: omnes elevationes tuae, et fluctus tui super me transierunt.	4 Et proiecisti me in profundum in corde maris, et flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, et fluctus tui super me transierunt.
» 5	5 καὶ ἐγὼ εἶπα Ἀπῶσμαι ἐξ ὀφθαλμῶν σου· ἆρα προσθήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν τὸν ἅγιόν σου;	5 et ego dixi· expulsus sum ab oculis tuis· forsitam apponam ut respiciam in templum sanctum tuum·	5 Ego dixi: Abiectus sum ab oculis tuis: putasne addam ut videam templum sanctum tuum?	5 Et ego dixi: Abiectus sum a conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum.
» 6	6 περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς, ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐσχάτη, ἔδυ ἡ	6 perfusa est aqua mihi usque ad animam· abyssus circuiuit me· postremo dermersit	6 Circumfusa est mihi aqua usque ad animam meam: abyssus vallavit me novissima	6 Circumdederunt me aquae usque ad animam: abyssus vallavit me, pelagus

(A) II, **4**. *με* deest 228 ... *βάθος* Compl... *με ἐκύκλωσαν* Alex. XII.
» **5**. *εἰπὼν* 86 ... *ἐπιστρέψει* 62 .. *με* omittit Alex. 22. 51. 238. 240. Compl.
» **6**. *ψυχῆς μου* XII et minusc. tantum non omnes ... *ἐσχάτη* deest Compl... *μου* post *κεφ*. deest 36.

(B) . . . Similiter Ambros. in ps. 43. col. 922. e, nisi quod tollit vocem *Deum*. legitque *audivit* non *exaudivit*.
Ms. S. Mich. *Exclamavi in pressura mea ad Dominum Deum meum et exaudivit me.*
Hilar. in ps. 68. col. 217. a. *Clamavi in pressura mea ad Deum meum et exaudivit de ventre inferorum clamores meos.*
» **4**. (Sab. l. c.) Simillime ms. Luxov. *Et proiecisti me in altitudinem cordis maris, flumina circumdederunt me: et omnia turbulenta tua* etc. ut supra.
Psalt. Ambros. *Proiecisti me in alt. cord. mar. et flumina me circumdederunt: omnes altitudines tuae* etc. ut supra.
Ms. S. Mich. *Abiecisti me in alt. cord. mar. et flumina circumdederunt me: omnes suspensurae tuae* etc. ut supra.
Hilar. in ps. 68. col. 217. d. *Omnes suspensiones tuae et fluctus tui super me transibant.*
» **5**. (Sab. l. c.) Simillime Psalt. Ambros. cum ms. Luxov. *Et ego dixi: Expulsus sum ab oculis tuis:* forsitan (Luxov. *et forsitan*) *adiiciam ut respiciam ad templum sanctum tuum*
Ms. s. Mich. *Et ego dixi: Expulsus sum ab oculis tuis: an potero aspicere ad templum sanctum?*
» **6 — 7**. Simillime ms. Luxov. *Perfusa est aqua mihi usque ad animam meam: abyssus circumdedit me postremo, demersit caput meum in scissuras montium: et descendi in terra, cuius vectis sunt aeterna:* etc. ut supra.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	(7)			
	κεφαλή μου εἰς σχισ-	caput meum in fis-	intravit caput meum	operuit caput meum.
Ion. II, 7	μὰς ὀρέων, ⁷κατέβην	suras montium· ⁷et	⁷ad scissuras mon-	⁷Ad extrema mon-
	εἰς γῆν ἧς οἱ μοχλοὶ	descendi in terram	tium: descendi in ter-	tium descendi: terrae
	αὐτῆς κάτοχοι αἰώ-	cuius uectes sunt con-	ram cuius vectes sunt	vectes concluserunt
	νιοι· καὶ ἀναβήτω	tinentes aeternae· et	retinacula sempiterna	me in aeternum: et sub-
	φθορὰ ζωῆς μου,	ascendat corruptio	et ascendet de corrup-	levabis de corruptione
	κύριε ὁ θεός μου.	uitae meae· ad te	tione vita ad te, Domi-	vitam meam, Domine
» 8	⁸ἐν τῷ ἐκλείπειν ἀπ'	dme ds. meus· ⁸in	ne Deus meus. ⁸Cum	Deus meus. ⁸Cum an-
	ἐμοῦ τὴν ψυχήν μου	hoc quod defecerit	deficeret ex me anima	gustiaretur in me ani-
	τοῦ κυρίου ἐμνήσ-	anima mea a me· dmi.	mea, Domini recor-	ma mea, Domine re-
	θην, καὶ ἔλθοι πρὸς	mei memoratus sum·	datus sum: ut veniat	cordatus sum: ut ve-
	σὲ ἡ προσευχή μου	et ueniat ad te ora-	ad te oratio mea ad	niat ad te oratio mea
	εἰς ναὸν τὸν ἅγιόν	tio mea in templum	templum sanctum	ad templum sanctum
» 9	σου. ⁹φυλασσόμενοι	sanctum tuum· ⁹cu-	tuum. ⁹Qui custodiunt	tuum. ⁹Qui custodiunt
	μάταια καὶ ψευδῆ	stodientes uana et falsa	vana et mendacia, mi-	vanitates frustra, mi-
	ἔλεος αὐτῶν ἐγκατέλι-	misericordiam suam	sericordiam suam re-	sericordiam suam de-
» 10	πον. ¹⁰ἐγὼ δὲ μετὰ	dereliquerunt· ¹⁰ego	liquerunt. ¹⁰Ego au-	relinquunt. ¹⁰Ego

(A) II, 7. *καὶ κατ.* 42.
αὐτῆς nuspiam deest... *ἀναβήτω με* 91... *ἐκ φθορᾶς* Alex. XII. omnesque minusc... *ἡ ζωή μου* Alex. XII et minusc. fere omnes.. *πρὸς σὲ* omnes minusc.
» 8. *ἀπ' ἐμοῦ* post *ψυχήν μου* Alex. XII. 87. 97. 153. al... *ἐξ ἐμοῦ* 45. 49. 62. 86. 91. 147... *ἰσχύν μου* 147. 233... *κυρίου μου* nullibi... *πρὸς ναὸν* minusc. fere omnes et Compl.
» 9. *ἔλεον αὐτὸν* 86. 106.. *ἔλεος αὐτῷ* 198.
» 10. *αἰνέσεως καὶ* deest 23.

(B) . . . Item Psalt. Ambros. *Circumfusa est mihi aqua usque ad animam meam: abyssus circuivit me postremo, ingressum est caput meum in scissuris montium: descendi in terram, cuius vectes sunt continentes aeterni: et ascendat de corruptione vita mea ad te, Domine Deus meus.*

Ms. S. Mich. ab initio eadem; tunc: *abyssus circumdedit me pelago, operuit caput meum novissimo, introivit caput meum in scissuras montium: descendi in terram, cuius serae* (al. *serrae*) *tenaces et aeternae et ascendit corruptela vitae meae ad te, Domine Deus meus.*

Ambros. in ps. col. 922. e. *Abyssus me circumdedit novissima, mersit caput meum in fissuras montium: descendi in terram, cuius serae sunt continentes aeternales.* De laps. virg. col. 317. c. *in scissuras montium;* mss. tamen nonnulli ibid. *in fissuras.*

Hilar. in ps. 32. col. 44. *Abyssus multa circumfudit me;* in ps. 68. col. 217. b. *introivit caput meum in scissuras petrarum: descendi in terram, cuius serae* (al. *serrae*) *tenaces et aeternae.*

» 8. (Sab. l. c.) Eadem ms. Luxov., nisi quod omittit *in hoc* et *ad te.*
Psalt. Ambros. *In hoc quod defecit anima* etc. ut ms. Luxov.
Ms. S. Mich. *Dum deficeret anima mea, tui Domine commemoratus sum, ut veniat ad te* etc. ut supra.

» 9. Eadem ms. Luxov. excepto *tuam,* quod habet pro *suam.*
Ms. S. Mich. *Observantes vana et mendacia frustra* etc. ut ms. Lux.
Psalt. Ambr. *Observantes vana et falsa, miseric. suam dereliq.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	φωνῆς αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως θύσω σοι, ὅσα ηὐξάμην ἀποδώσω σοι σωτη-	autem cum uoce laudis et confessionis supplico tibi· quaecumque uoui reddam tibi saluatori meo do-	tem cum voce laudis et confessionis immolabo tibi: quaecunque vovi, reddam tibi salutare Domino.	autem in voce laudis immolabo tibi: quaecunque vovi, reddam pro salute Domino.
Ion. II, 11	ρίου τῷ κυρίῳ. [11]καὶ προσετάγη ἀπὸ κυρίου τῷ κήτει, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἰωνᾶν	mino [11]Et praeceptum est ceto et eiecit ionan in aridam	[11]Et praecepit ceto: et eiecit Ionam super	[11]Et dixit Dominus pisci: et evomuit Io-
III, 1	ἐπὶ τὴν ξηράν. [1]Καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν ἐκ δευ-	[1]Et factum est uerbum dmi ad ionan	siccum. [1]Et factus est sermo Domini ad Ionam secundo, di-	nam in aridam. [1]Et factum est verbum Domini ad Ionam secundo, dicens:
» 2	τέρου λέγων [2]Ἀνάστηθι πορεύθητι εἰς Νινευὴ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, καὶ κήρυξον ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ κήρυγμα τὸ ἔμπροσθεν ὃ ἐγὼ ἐλάλησα πρὸς	iterum dicens [2]Surge et uade in n*i*neu*en* ciu*itatem* magnam· et praedica in eam· secundum praedicationem priorem· quam ego palam locutus	cens: [2]Surge, et vade in Niniven civitatem magnam: et praedica in ea iuxta praedicationem priorem, quam ego locutus	[2]Surge, et vade in Niniven civitatem magnam: et praedica in ea praedicationem, quam ego
» 3	σέ. [3]καὶ ἀνέστη Ἰωνᾶς καὶ ἐπορεύθη εἰς	sum ad te [3]Et surrexit ionas et abiit in	sum ad te. [3]Et surrexit Ionas, et abiit	loquor ad te. [3]Et surrexit Ionas, et abiit

(A) II, **10**. *σοὶ* deest Alex. 233... *σωτῆρί μου* nullibi... *τῷ κυρίῳ* deest 87. 153.

» **11**. Totum comma usque ad *μεγάλην* com. seq. deest 114... *προσέταξε κύριος* 45. 51. 62. 147. 238. 240. 310... *ἀπὸ κυρίου* deest Alex. XII. 23. 26. 40. 49. 68. 106. 130. 198. 233. 311. Compl.

III, **1**. *πρὸς Ἰωνᾶν* post *δευτέρου* 26... *τὸ δεύτερον* 40.

» **2**. *καὶ πορ.* Alex. XII et minusc. plurimi... *εἰς αὐτὴν* nullibi... *κατὰ τὸ ῥῆμα* 130. 311... *ἐγὼ* deest 26... verbum, quod originem dederit nostro *palam,* in codd. non invenitur.

» **3**. *καὶ — θεῷ* deest 114... *ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν κύριος* nullibi.. *ἐλ. κυρ. πρὸς αὐτὸν* 36. 49. 130. 311... *Νινευὴν* nullibi.. *ἦν δὲ ὡσεὶ ἡ πορείας* 95. 185... *πορείᾳ* nullibi.

(B) II, **10**. (Sab. l. c.) Ambros. in ps. 118. col. 1196. d. *cum voce laudis et confessionis supplico tibi.* Quae quidem ad verbum nostris respondent.

Psalt. Ambros. *Ego autem cum voce confessionis et supplicationis immolabo tibi: quaecunque vovi, reddam tibi salvatori meo Domino.*

Ms. Luxov. *Ego autem cum voce laudationis et confessionis sacrificabo tibi: quae vovi, reddam tibi Deo salutari meo Domino.*

Ms. S. Mich. *Ego autem in vocem laudis et confessionis sacrificabo tibi: et reddam, quae vovi tibi, sacrificium pro salute Domino.*

» **11**. (Sab. l. c.) Lucif. Cal. p. S. Athan. II, p. 213. c. *Praeceptum est ceto: et reiecit Ionam super terram.* Quae Sabaterius e Maxim. Taur. hom. p. 25. haurit, ea vulgatae novae sunt, non veteris.

III, **1**. Lucif. Cal. l. c. eadem habet, quae supra.

» **2**. Idem eod. loco. *Surge et vade in Niniven civitatem magnam: et praedica in ea secundum praedicationem priorem, quam ego locutus sum ad te.*

» **3**. Idem eod. loco. *Et surrexit Ionas, et abiit in Niniven, secundum quae locutus est Dominus ei: erat autem Ninive civitas magna a Deo, sicut iter tridui.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	Νινευή, καθὰ ἐλάλησε κύριος· ἡ δὲ Νινευὴ ἦν πόλις μεγάλη τῷ θεῷ, ὡσεὶ πορείας ὁδοῦ τριῶν ἡμερῶν.	nineuen ciuitatem· sicut locutus est ad eum dms. nineuen autem erat ciuitas magna deo quasi itinere uiae dierum trium·	in Niniven, sicut ei locutus fuerat Dominus: erat autem Ninive civitas magna Deo, quasi itinere viae dierum trium.	in Niniven iuxta verbum Domini: et Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.
Ion. III, 4	[4]καὶ ἤρξατο Ἰωνᾶς τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν ὡσεὶ πορείαν ἡμέρας μιᾶς, καὶ ἐκήρυξε καὶ εἶπεν Ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται.	[4]et coepit ionas introire in ciuitatem· quasi itinere unius diei· et praedicauit et dixit· adhuc triduum et nineue ciuitas euertetur	[4]Et coepit Ionas ingredi civitatem quasi itinere unius diei: et praedicavit, et dixit: Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur.	[4]Et coepit Ionas introire in civitatem itinere diei unius: et clamavit, et dixit: Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur.
» 5	[5]καὶ ἐπίστευσαν οἱ ἄνδρες Νινευὴ τῷ θεῷ, καὶ ἐκήρυξαν νηστείαν, καὶ ἐνεδύσαντο σάκκους ἀπὸ μεγάλου αὐτῶν ἕως μικροῦ αὐτῶν.	[5]Et crediderunt uiri nineuitae in deo.· et praedicauerunt ieiunium· et induerunt se cilicium a maiore usque ad minorem eorum·	[5]Et crediderunt viri Ninivitae in Deum: et praedicaverunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem.	[5]Et crediderunt viri Ninivitae in Deum: et praedicaverunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem.
» 6	[6]καὶ ἤγγισεν ὁ λόγος πρὸς τὸν βασιλέα τῆς Νινευή· καὶ ἐξανέστη	[6]et peruenit uerbum ad regem nineues· et exsur-	[6]Et appropinquavit sermo ad regem Ninive: et sur-	[6]Et pervenit verbum ad regem Ninive: et sur-

(A) III, 4. *πορείᾳ* nullibi.. *πορίας ὁδοῦ* Alex... *πορείας ὁδοῦ* 106. 130. 198. 311.. *πορείαν ὁδ*. XII. 26. 36. al.. Verba *καὶ ἐκήρ. κ. εἶπεν* desunt 240.. *καὶ ἔτι τρεῖς* Compl.
» 5. *ἐν θεῷ* nullibi . . . *σάκκον* nullibi . . . *ἀπὸ μικροῦ* Alex. 26. 36. 42. 45. 49. 51. 106. 198.. *ἕως μεγάλου αὐτῶν* Alex. XII. 22. 45. 49. 51. 106. 198. 233.
» 6. *ἐκ τοῦ θρόνου αὐτοῦ* 86. Compl... *ἀφ' ἑαυτοῦ* deest 45.. *ἐπὶ σπόδον* 86.

(B) . . . Tichon. reg. 4. p. 58. b. *Erat Ninive civitas magna a Deo.*
Ms. Rem. *Nineve civitas magna Dei.*
Augustin. contr. Gaud. II, tom. IX, 674. e. *Surrexit Ionas et abiit in Niniven: Ninive autem civitas magna erat, quasi viae tridui.*
» 4. Lucif. Cal. l. c. *Et coepit Ionas introire in civitatem sicut iter diei unius: et praedicavit et dixit: Adhuc quinquaginta dies et Ninive subvertetur.*
Augustin. l. c. *Et coepit Ionas ingredi civitatem quasi unius diei iter: et praedicavit et ait: Adhuc triduum et Ninive subvertetur.*
Victor Tun. ap. Ambros. p. 593. c. *Post triduum Ninive et civitas subvertetur.*
Gaud. Brix. serm. 3. p. 948. g. *Adhuc triduum et Ninive evertetur.*
» 5. (Sab. II, p. 939) Lucif. Cal. l. c. *Et crediderunt viri Ninivitae Deo: et praedicaverunt ieiunium, et vestierunt se cilicio a maximo usque ad minimum eorum.*
August. l. c. *Et crediderunt viri Ninivitae Domino: et indixerunt ieiunium et saccos induerunt a maiore usque ad minorem.*
» 6. Lucif. Cal. l. c. *Et pervenit verbum usque ad regem Ninive: et surrexit de sede sua, et abstulit a se stolam suam et circumdedit se cilicio et sedit super cinerem.*
August. l. c. *Cumque pervenisset sermo ad regem civitatis Ninive, surrexit de sede sua et detraxit sibi vestimenta et se circumdedit sacco et consedit in cinere.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ περιείλατο τὴν στολὴν αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ περιεβάλετο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ	rexit de throno suo et posuit uestem suam ab se· et operuit se cilicium et sedit su-	rexit de throno suo, et abstulit stolam suam a se, et coopertus est sacco, et	rexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et se-
Ion. III, 7	*σποδοῦ. [7]καὶ ἐκηρύχθη καὶ ἐῤῥέθη ἐν τῇ Νινευῇ παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ παρὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ λέγων Οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη καὶ οἱ βόες καὶ τὰ πρόβατα μὴ γευσάσθωσαν μηδὲ νεμέσθωσαν μηδὲ ὕδωρ πιέ-*	per cinerem· [7]et praedicatum est in nineue· a rege et a maioribus ciuitatis eius dicens· homines et iumenta· et boues et oues non gustent quicquam· neque pascantur neque aquam	sedit in cinere. [7]Et praedicatum est Ninive a rege, et a maioribus omnibus eius, dicentibus: Homines, et iumenta, et boves, et oves non gustent quidquam: nec pascantur, et aquam	dit in cinere. [7]Et clamavit, et dixit in Ninive ex ore regis et principum eius, dicens: Homines, et iumenta, et boves, et pecora non gustent quidquam: nec pascantur, et aquam
» 8	*τωσαν. [8]καὶ περιεβάλλοντο σάκκους οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν θεὸν ἐκτενῶς· καὶ ἀπέ-*	bibant [8]Et cooperuerunt se cilicia homines· et proclamauerunt homines et iumenta ad dm̄. uehementer· et reuersi	non bibant. [8]Et coperti sunt saccis homines, et iumenta, et clamaverunt ad dominum vehementer, et reversus est	non bibant. [8]Et operiantur saccis homines, et iumenta, et clament ad Dominum in fortitudine, et convertatur vir

(A) III, 7. *καὶ ἐῤῥέθη* deest Compl.
παρὰ πάντων τῶν μ. Compl. .. *πόλεως* nullibi ... *λεγόντων* minusc. plurimi ... *μὴ γενέσθωσαν* [ita app. Tischend.] *μηθὲν* Alex. .. *μὴ γενέσθωσαν μηθὲν* 49 .. *μὴ γευσάσθωσαν μηθὲν* 26. 106 .. *μὴ γευσάσθωσαν μηδὲν* XII et minusc. plur. .. *μηδὲ μηδὲν ἐνεμέσθωσαν* 45 .. *μηδὲ νεμέτωσαν* 68 .. *μηδὲ μηδὲν ἐνέσθωσαν* 233 .. *καὶ ὕδωρ πιέτωσαν* 233 .. *καὶ ὕδωρ μὴ πιέτωσαν* sive *πινέτωσαν* XII et minusc. fere omnes.

» 8. *καὶ τὰ κτήνη* nuspiam deest ... *οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη* post *ἀνεβόησαν* nullibi ... *πρὸς κύριον τὸν θεὸν* 233 ... *ἐκτενῶς* statim post *ἀνεβ.* 130. 311 ... *ἀπέστρεψεν* Alex. 36. 49. 62. 106. 130. 147. 240 .. *ἀνέστρεψαν* XII. 87. 97. 153. 310 .. *ἐπέστρεψεν* 40. 311. Compl. .. *ἀνέστρεψεν* 51. 238 .. *καὶ ἀδίκου* nullibi ... *καὶ ἔλεγον* nullibi.

(B) » 7. Lucif. Cal. l. c. *Et praedicatum est a rege Ninive et a magistratibus illius dicens: Homines et pecudes et boves et oves nihil gustent: sed nec vescantur et aquam non bibant*

August. l. c. *Praedicaturque a rege et a potentibus dicens: Homines et iumenta et oves et boves non gustent quidquam: nec pascantur et aquam non bibant.*

» 8. Lucif. Cal. l. c. *Et circumdederunt se cilicio homines, et proclamaverunt homines et pecudes apud Deum instanter, et reversi sunt unusquisque a via sua mala et ab iniquitate manuum suarum, dicentes.*

August. l. c. *Et induti sunt saccos homines et iumenta, proclamaverunt ad Dominum impense, et aversus est unusquisque a via nequitiae suae et iniquitatis, quam in manibus habebat.*

Iren. III, 20, p. 213. d. *et reversi sunt unusquisque a via sua mala et iniustitia, quae erat in manibus eorum, dicentes.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	στρεψαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν χερσὶν αὐτῶν, λέγον-	sunt unusquisque de uia sua maligna· et iniusta quae erat in manibus eorum· et	unusquisque de via sua mala, et ab iniquitate, quae erat in manibus eorum, di-	a via sua mala, et ab iniquitate, quae est in manibus eorum.
Ion. III, 9	τες 9 Τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει ὁ θεὸς καὶ ἀποστρέψει ἐξ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀπολώμε-	dixerunt· 9 quis scit si paenitebitur ds. et auertet iram furoris sui· et non peribimus·	centium: 9 Quis scit si convertatur Deus, et exhortetur: et avertatur ab ira furoris sui, et non pereamus?	9 Quis scit si convertatur et ignoscat Deus: et revertatur a furore irae suae, et non peribimus?
» 10	θα. 10 καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι ἀπέστρεψαν ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν τῶν πονηρῶν· καὶ μετενόησεν ὁ θεὸς ἐπὶ τῇ κακίᾳ ᾗ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐποίησε.	10 et uidit ds. opera illorum quia reuersi sunt unusquisque a uiis suis malignis· et paenituit dm. super mala quae locutus est ut faceret eis et non fecit·	10 Et vidit Deus opera eorum, quoniam reversi sunt de viis suis malis: et egit poenitentiam Deus super malitia, quam locutus fuerat ut faceret eis, et non fecit.	10 Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: et misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat ut faceret eis, et non fecit.
IV, 1	1 Καὶ ἐλυπήθη Ἰωνᾶς λύπην μεγάλην, καὶ	1 Et contristatus est ionas tristitia magna· et maestus factus est·	1 Et contristatus est ionas tristitia grandi, et confusus est:	1 Et afflictus est Ionas afflictione magna,
» 2	συνεχύθη· 2 καὶ προσεύξατο πρὸς κύριον	2 et orauit ad dom. et dixit· dme. nonne	2 oravitque ad Dominum, et ait: O Do-	et iratus est: 2 et oravit ad Dominum,

(A) III, **9**. *εἶδεν* 185. 228... *μετανοήσει καὶ παρακληθήσεται* 22. 36. 51. 62. 95. 114. 147. 185. 238... *ἐπιστρέψει* 42. 68. 87. 91. 97. 153. 240. 310. Similiter alii minusc.... *ὀργὴν* nullibi.

» **10**. *ἀπέστρεψαν ἕκαστος* 86. 130. 239. 311.. *ἀπέστρεψεν ἕκαστος* 36.. *ἐπέστρεψαν* 40... *τῆς ὁδοῦ* (*τῆς πονηρᾶς*) 130. 311.. *καὶ παρεκλήθη* Compl... *ἐπὶ τὰ κακὰ ἃ* Alex. 26. 106.

IV, **1**. *ἐπὶ τούτοις ἐλ.* 95. 185.

» **2**. *Ὦ κύριε* Alex. et minusc. fere omnes... *οὐχ* deest 106... *μου* deest 153... *οἱ λόγοι μου ἦσαν* 42. 51. 62. 95. 147. 185. 238. 240... — *εἰσὶν* Compl.... *οὓς ἐλάλησα ἔτι* Alex. 45... *ἔγνων ἐγὼ* 23.. *ὅτι ἔγνων* deest 240... *ὁ θεὸς* sive *θεὸς* post *σὺ* inserunt XII et multi minusc.; item *εἶ* post *ἐλεήμων* complures... *πολυέλεος καὶ παρακαλούμενος* Compl... *κακίαις ἀνθρώπων* 45. 86. 132.

(B) III, **9**. Iren. l. c. *Quis scit si poenitebit Deus et avertat iram suam a nobis, et non peribimus?*

Lucif. Cal. l. c. *Quis scit si convertatur et ignoscat Deus: et revertatur ab ira furoris sui et non peribimus?*

» **10**. Lucif. Cal. l. c. *Et vidit Deus opera illorum, quia reversi sunt unusquisque a via sua mala, et poenituit Deum de malignitate quam locutus est facere eis et non fecit.*

Tertull. contr. Marcion. II, p. 653. a. (edit. Gersd. III, 102) *et poenituit Deum de malitia, quam dixerat facturum se illis, nec fecit.* Quae ex Hier. affert Sabaterius rei non inserviunt.

IV, **1**. Lucif. Cal. l. c. *Et contristatus est Ionas tristitia magna et confundebatur.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	καὶ εἶπεν Κύριε, οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι μου, ἔτι ὄντος μου ἐν τῇ γῇ μου; διὰ τοῦτο προέφθασα τοῦ φυγεῖν εἰς Θαρσίς, διότι ἔγνων ὅτι σὺ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ	haec sunt uerba mea· cum adhuc essem· in mea terra· propter hoc proposueram fugere in tharsis· quoniam sciebam quia tu misericors es· et indulgens· et patiens· et nimium misericors· et paenitens in ma-	mine, nonne isti sunt sermones mei·, cum adhuc essem in terra mea? propterea praeoccupavi fugere in Tharsis: scio enim quod tu misericors et miserator, patiens et multae miserationis, et agens poenitentiam super mali-	et dixit: Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc praeoccupavi ut fugerem in Tharsis: scio enim quia tu Deus clemens et misericors es, patiens et multae miserationis, et ignos-
Ion. IV, 3	*ταῖς κακίαις. 3 καὶ νῦν δέσποτα κύριε λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι καλὸν τὸ ἀποθανεῖν με ἢ*	lignitatibus 3 Et nunc dominator dme. accipe animam meam a me· quoniam bonum est mihi mori magis	tiis. 3 Et nunc Dominator Domine tolle animam meam a me: quia melius est mihi	cens super malitia. 3 Et nunc Domine tolle quaeso animam meam a me: quia melior est mihi mors quam vita.
» 4	*ζῆν με. 4 καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἰωνᾶν Εἰ σφόδρα λελύπη-*	quam uiuere 4 Et dixit dms. ad ionan· si ualde contristatus es tu	mori quam vivere· 4 Et dixit Dominus ad Ionam: Vehementer	4 Et dixit Dominus: Putasne bene irasce-
» 5	*σαι σύ; 5 καὶ ἐξῆλθεν Ἰωνᾶς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐκάθισεν ἀπέναντι τῆς πόλεως· καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ἐκεῖ σκηνὴν καὶ ἐκάθητο ὑποκάτω αὐτῆς, ἕως οὗ ἀπίδῃ τί*	5 Et exiit ionas extra ciuitatem· et sedit contra ciuitatem et fecit ipse sibi tabernaculum· et sedebat sub ipso in umbram· donec uideret quid	contristatus es tu.	ris tu? 5 Et egressus est Ionas de civitate, et sedit contra orientem civitatis: et fecit sibimet umbraculum ibi, et sedebat subter illud in umbra, donec videret quid

(A) IV, **3**. *καὶ νῦν* deest 240... *λάβε δή* 40. 62. 87. 97. 147. 153. 228. 310.. *δέ* 91... *καλόν μοι* 22. 42. 45. 51. 62. 86. 95. 114. 132. 147. 185.. *με* post *ἀποθανεῖν* deest 114... *μᾶλλον* ante *ἤ* 22. 45. 62. 86. 95. 114. 132. 185. 238... *με* post *ζῆν* deest 23. 26. multisque aliis minusc. et Compl.

» **4**. *πρὸς Ἰωνᾶν Εἰ* deest 68. 87. 91. 97. 310.. *Εἰ* deest 153.. *Ἰωνᾶν Ἰσχυρῶς* 23.. *ἢ σφόδρα* 106... *σοὶ* pro *σὺ* 95. 185.

» **5**. *καταλιπὼν δὲ τὴν πόλιν ὦ* (sic) *Ἰωνᾶς ἐκάθισεν* 240. Commata *καὶ — ἥλιον* desunt 114... *ἀπὸ τῆς πόλεως* 62. 147... Verba *καὶ ἐκάθισεν ἀπέναντι τῆς πόλεως* desunt 91. 132. 239.. *κατὰ ἀνατολὰς* Compl... *ἐκεῖ* deest 240. Compl... *ἐκάθητο ἐκεῖ* 23... *αὐτῆς ἐν σκιᾷ* Alex. XII omnesque fere minusc... *εἰς σκιὰν* nullibi.

(B) IV, **2**. Lucif. Cal. l. c. *Et oravit apud Deum dicens: O Domine nonne haec sunt verba mea, cum adhuc essem in terra? ideo praeoccupaveram fugere in Tharsis: quoniam scivi quia tu miserator et benevolus, patiens et misericors et poenitens in malignitatibus.*

Tertull. l. c. *propterea praeveni profugere in Tharsos: quia cognoveram te esse misericordem et miserescentem, patientem et plurimum misericordiae, poenitentem malitiarum.*

» **5**. Quae Sabaterius in opere suo (p. 940) ex Hier. comm. hausit, non veteris vulgatae sunt, sed novae.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
Ion. IV, 6	ἔσται τῇ πόλει. ⁶καὶ προσέταξε κύριος ὁ θεὸς κολοκύνθῃ, καὶ ἀνέβη ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ Ἰωνᾶ τοῦ εἶναι σκιὰν ὑπεράνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, τοῦ σκιάζειν αὐτῷ ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτοῦ· καὶ ἐχάρη Ἰωνᾶς ἐπὶ τῇ κολοκύνθῃ χαρὰν με-	accideret ciuitati· ⁶Et praecepit dms. ds. cucurbitae· et ascendit super caput ionae· ut esset umbra super caput eius· et obumbraret eum a malis eius· et gauisus est ionas super cucurbitam gaudio magno·	⁶Et praecepit Dominus Deus cucurbitae, et ascendit super caput Ionae, ut esset umbraculum super caput eius, et protegeret eum a suis malis: laetatusque est Ionas super cucurbita, gaudio magno.	accideret civitati. ⁶Et praeparavit Dominus Deus hederam, et ascendit super caput Ionae, ut esset umbra super caput eius, et protegeret eum (laboraverat enim:) et laetatus est Ionas super hedera, laetitia
» 7	γάλην. ⁷καὶ προσέταξεν ὁ θεὸς σκώληκι ἑωθινῇ τῇ ἐπαύριον, καὶ ἐπάταξε τὴν κολόκυνθαν, καὶ	⁷et praecepit dms. uermi antelucano in crastinum et percussit cucurbitam· et	⁷Et praecepit Deus vermi mane in crastinum: et percussit cucurbitam, et are-	magna. ⁷Et paravit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: et percussit hederam, et exaruit.
» 8	ἀπεξηράνθη. ⁸καὶ ἐγένετο ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον καὶ προσέταξεν ὁ θεὸς πνεύματι	arefacta est· ⁸et factum est confestim oriente sole· et praecepit ds. spiri . . .	facta est. ⁸Statimque ut ortus est sol, praecepit Dominus spiritui	⁸Et cum ortus fuisset sol, praecepit Dominus vento
Ez. XVI, 52	ἠνόμησας ὑπὲρ αὐτάς, καὶ ἐδικαίωσας αὐτὰς ὑπὲρ σεαυτήν· καὶ σὺ αἰσχύνθητι καὶ λάβε τὴν ἀτιμίαν σου ἐν τῷ δικαιῶσαί σε τὰς ἀδελ-	tem fecisti super illas· et iustificasti illas super te· et tu confundere et accipe ignominiam tuam in eo quod iustificasti	inique egisti super eas: et iustificasti illas super te: et tu confundere, et suscipe ignominiam tuam, eo quod iustificaveris so-	sceleratius agens ab eis: iustificatae sunt enim a te: ergo et tu confundere, et porta ignominiam tuam, quae iustificasti sorores tuas.
» 53	φάς σου. ⁵³καὶ ἀποστρέψω τὰς ἀποστροφὰς αὐτῶν τὴν ἀποστροφὴν Σοδόμων καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, καὶ	sorores tuas· ⁵³et auertam auersiones eorum· et auertam auersione sodomae et auertam auersione	rores tuas. ⁵³Et convertam conversiones earum conversione Sodomorum, et filiarum eius: et conver-	⁵³Et convertam restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis, et conversione Samariae, et

(A) Ion. IV, 6. Verba *τοῦ εἶναι — κεφ. αὐτοῦ* desunt 239. Compl.... *εἰς σκιὰν* 42.. *τοῦ σκιάζειν αὐτὸν* 86.. *συσκιάζειν αὐτῷ* Compl.. *μεγάλην σφόδρα* 36. 49. 86.

» 7. *κύριος ὁ θεὸς* Alex. 26. 36. 42. 49. 62. 106. 147. al. Simplex *κύριος* nullibi.

» 8. Verba *καὶ — ἥλιον* desunt 240.... *κύριος ὁ θεὸς* Alex. 26. 40. 153. 198. 311.

Ez. XVI, 52. *ἐποίησας* 239.. *αὐτὰ* 68.. *ὑπὲρ αὐτὴν* 62.. *ἀνομίαν σου* 68. 91. 228. 238.. *ἀνομίας σου* 87 (marg.).

» 53. *καὶ ἀποστρέψω* post *αὐτῶν* nuspiam repetitum... *aversione* ortum ex *-onē*, i. e. *-onem*... verba *καὶ τῶν θυγ. αὐτῆς* post *Σοδ.* nuspiam desiderantur.. verba *αὐτῆς καὶ — θυγ. αὐτῆς* desunt 106. 306.. *ἐκ μέσου αὐτῆς* 62.. *ἐκ μ. αὐτῶν* 106.

(B) Ion. IV, 7. (Sab. II, 941) Hier. in Ies. 45. col. 337. a. *Praecepit vermi matutino.*

» 8. Vigil. Taps. contr. Varim. 742. e. (ed. Chifflet. p. 432) *Et factum in crastino oriente sole praecepit Deus spiritui ustionis.*

Hier. l. c. *Praecepit Dominus spiritui comburenti*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Antiqua versio latina ab Hieronymo emendata.	Hieronymi Vulgata nova.
	ἀποστρέψω τὴν ἀποστροφὴν Σαμαρείας καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, καὶ ἀποστρέψω τὴν ἀποστροφήν σου ἐν μέσῳ αὐτῶν,	samariae et filiarum eius et auersionem tuam auertam in medio earum·	tam conversionem Samariae, et filiarum eius: et convertam conversionem tuam in medio earum,	filiarum eius: et convertam reversionem tuam in medio earum,
Ez. XVI, 54	[54]ὅπως κομίσῃ τὴν βάσανόν σου καὶ ἀτιμωθήσῃ ἐκ πάντων ὧν ἐποίησας ἐν τῷ παροργίσαι με.	[54]ut feras tormentum tuum· et dehonesteris de omnibus quae fecisti in exacerbandum me·	[54]ut portes tormentum tuum, et habeas ignominiam ex omnibus, quae fecisti, ut me ad iracundiam provocares.	[54]ut portes ignominiam tuam, et confundaris in omnibus, quae fecisti consolans eas.
qui indicavit tibi rex Nabuchodonosor, quae ventura sunt in novissimis temporibus. Somnium tuum, et visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt: 29 Tu rex cogitare coepisti in strato tuo, quid esset futurum post haec: et qui revelat mysteria, ostendit tibi quae ventura sunt. 30 Mihi quoque non in sapientia, quae est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret, et cogitationes mentis tuae scires. 31 Tu rex videbas, et ecce quasi statua una grandis: statua illa magna, et statura sublimis st abat contra te, et intuitus eius erat terribilis. 32 Huius statuae caput

(A) II, **28**. *ἀλλ' ἔστιν ὁ θ.* Alex... *μυστ. βαθέα καὶ ἀπόκρυφα* 34... *ὃς ἐγν.* 22. 36. 48. 51. 231... *σοὶ βασιλεῦ* 34... Post *Ναβ.* minus accurata add. 89... *ἡμερῶν· βασιλεῦ εἰς τοὺς αἰῶνας ζήῃ* 22. sive *ζῆθι* 36. 48. 51. 231... *τὸ ἐνύπ.* om. 34... *κοίτης — κ. σου* v. 29. om. 233.

» **29**. *σὺ βασιλεῦ ἐθεώρεις* Alex... *σὺ β.* 35. 36. al. et Compl.; *σοὶ β.* 232; *ὦ β.* 35... *ἐπὶ* cum seq. et *ἀνεβ.* transp. XII... *μετὰ τ.* om. 89... *ἐγν. μοι* 36.

» **30**. *δὲ* om. Alex., minusc. plur. et Compl... *σοφ. τῇ ἐμῇ* 147... *ἐν ἐμοὶ* om. 106.. *ζῶντας σοφοὺς* 34.. *ἐγνώρισεν τὸ μυστ. τ. ἢ ἀπεκ.* 230... *τοῦτο* om. Alex. 33. 106... *σύγκ. αὐτοῦ* 34... *δηλῶσαι* 62. 147.. *γενέσθαι* 106... *καὶ τοὺς* etc. *ἵνα γνῷς* 22. 36. 48. 51. 231.. *ἵνα κ. τ.* 34.. *κ. ἵ. τ.* 42... *σοῦ τ. κ.* 230... *γνωρίσω σοι* 35.

» **31**. *μία πολλή* 148. Compl... *μ. μεγάλη πολλὴ* 62. 147... *εἰκ. μία ὑψηλὴ* 230.. *ἡ εἰκ. ἐκ. μεγάλη* 22. 23. 36. 48. 51. 62. 147. 231. Compl... *καὶ ἡ εἰκ. ἐκ.* 42.. *ἡ εἰκ. ἐκ.* om. 26... *πρόσοψις τῆς εἰκ. ἐκ.* XII... *ὑπερφ.* om. 147... *ἀπὸ προσώπ.* Compl... *ὄψις αὐτ. φοβ.* 130.

(B) » **31**. (Sab. II, 857) Cypr. test. II, p. 292. b. *et ecce imago nimis magna, et contemplatio eius imaginis metuenda, et elata stabat contra te.*

Iul. Firmic. de err. prof. rel. 21. p. 172. g. *et ecce imago, imago nimis magna et contemplatio ipsius imaginis metuenda, elata stabat contra te.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Hieronymi Vulgata nova.
	ἡ κεφαλὴ χρυσίου χρηστοῦ, αἱ χεῖρες καὶ τὸ στῆθος καὶ οἱ βραχίονες αὐτῆς ἀργυροῖ, ἡ κοιλία καὶ	suavi· manus et pectus et bracchia eius argentea· uenter et femora aerea·	ex auro optimo erat, pectus autem et brachia de argento, porro venter et fe-
Dan. II, 33	*οἱ μηροὶ χαλκοῖ, [33]αἱ κνῆμαι σιδηραῖ, οἱ πόδες μέρος μέν τι σιδηροῦν καὶ μέρος δέ τι ὀστράκινον.*	[33]crura ferrea· pedes pars aliqua ferrea et pars fic	mora ex aere: [33]tibiae autem ferreae, pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis.
Dan. IX, 25	*ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο· καὶ ἐπιστρέψει καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεία καὶ τεῖχος, καὶ ἐκκενωθήσονται*	*h*ebdomades *se*ptem· et heb*do*mades sep*tu*aginta duas· *et* conuertet *et* aedificabitur *pl*atea et murus· *et*	hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duae erunt: et rursum aedificabitur platea, et muri in
» 26	*οἱ καιροί. [26]καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξηκοντα-*	exinanien*tur* tempora· [26]et *po*st hebdoma*de*s septua-	angustia temporum. [26]Et post hebdomades sexaginta

(A) II, **32**. *χρυσ. καθαροῦ* Alex. XII. minusc. plur. et Compl... *αἱ χ. αὐτῆς καὶ* 22. 36. 48. 51. 231. Compl... *στ. αὐτῆς* 147... *καὶ ἡ κοιλ.* 147... *κοιλ. αὐτῆς* 36. 48. 51. 62. al... *μ. αὐτῆς* 62. 147.

» **33**. *καὶ αἱ κν.* item *πόδ. αὐτῆς* 22. 36. 48. 51. 62. 144. 231... *κν. αὐτῆς* 62. 147... *μέντοι* 37... *σιδηροῦ* 22. 36. 48. 230. 231... *καὶ* ante *μέρος* om. Alex. multique minusc... *τι* post *δέ* om. 23. 26. 62. 147... *ὀστράκου* 22. 36. 48. 231.

IX, **25**. *ἑξηκ.* — *ἑξηκ.* comm. seq. om. 26... *ἑβδομήκ. δ.* nullibi, nisi in vers. Copt... *κ. ἐπιστ. κ.* om. Compl... *πάλιν οἰκ.* Compl... *οἰκοδομήσει πλατείας* 26... *καὶ* ante *τ.* om. 62... *περίτειχος* Alex. 22. 36. 48. 51. 231. al... *ἐν στενωχορίᾳ* (sic app. Parsons.) *τῶν χρόνων* Compl... *κενωθ.* 26... *ἐκκαινωθ.* 42.

» **26**. *ἑξ ἑβδομ. δύο* nullibi... *καὶ ἐξολ.* Compl... *ἐξολοθρεύσεται* 130... *αὐτῷ οὐκ ἐ.* 26... *ἔσται* 33. 42. 49. 90. 91. 148. 228... *ἐν αὐτοῖς* 232... *τὴν δὲ πόλ.* 33. 34. 49. 87. 90. 91. 148. 228. al... *καὶ σὺν* nullibi... *τῷ ἐρχ.* om. 230... *καὶ ἐκκοπ.* Alex. XII. et minusc. plur... *ἐγκ.* 33. 35. 87.. *ἐκκοπήσεται* nullibi... *ὡς ἐν κ.* 22. 34. 42. 51. 231. Compl.... *καὶ* ante *ἕως* om. 35... *τέλους* om. 62. 147. 230... *συντετριμμ.* 230... *τάξει* om. 22. 23. 26. 48. 62. 147. 231... *ἀφανισμὸς* nullibi.

(B) II, **32—33**. Cypr. l. c. *Cuius caput fuit ex auro bono, pectus et brachia eius argentea, venter et femora aerea. Pedes autem ex parte quidem ferrei ex parte autem fictiles.*

Iul. Firm. l. c. eadem refert. Auct. de promiss. II, 33. *caput aureum .. pectus et brachia eius argentea .. venter et femora aerea, crura ferrea et digiti pedum partim ferrei, partim fictiles.*

Iren. V, 26. *pedes* (al. *pedis*) *pars quidem aliqua ferrea et pars aliqua fictilis.*

IX, **25**. (Sab. II, 877) Tertull. adv. Iud. c. 8. p. 140; ed. Gersd. p. 305. *hebdomades septem et dimidiam et sexaginta duas et dimidiam: et convertet et aedificabitur in laetitiam et convallationem, et innovabuntur tempora.*

Iul. Hilar. p. 375. *hebdomadas septem.*

Prosp. in chron. p. 699. *hebdomades septem et hebdomades LXII.*

» **26**. Tertull. l. c. *Et post hebdomadas has sexaginta duas exterminabitur Unctio, et non erit. Et civitatem, et sanctum exterminabit cum duce adveniente: et concidentur quomodo in cataclysmo usque ad finem belli. quod concidetur*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Hieronymi Vulgata nova.
	δύο ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ σὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ, ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου τάξει ἀφανισμοῖς.	gin*ta* duas interi*bi*t chrisma· et *iu*dicium non *e*rit in eo· et ciu*i*tatem et sanc*tum* corrum*pet*· et cum du*ce* ueniente ex*ci*detur in ca*ta*clysmo· et *us*que ad finem *belli* concisi interitus·	duas occidetur Christus: et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: et finis eius vastitas, et post finem belli statuta desolatio.
» 27	[27] καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία· καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεταί μου θυσία καὶ σπονδή, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρη-	[27] et confirmauit testamentum multis hebdomas una· et in dimidia hebdomade tolletur sacrificium meum· et supplicatio desolationum	[27] Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium :

(A) IX, **27**. *ἑβδομάδος* 233... *κ. ἥμισυ* minusc. multi... *καὶ ἐν τῷ ἥμισυ ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίαν· καὶ ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ· καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμοῦ· καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία· καὶ ἐν τῷ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος ἀρθ.* Alex. Similia Vat. ad. marg. XII. et minusc. plur... *μου* post *ἀρθ.* om. XII. 22. 34. 36. 42. 48. 51. 106. 230. 231. Compl... *θυσία* om. 230... Verba *desolat. inter.* per errorem alicuius scribae quondam huc transposita esse videntur, item *supplicatio* scriptum pro *libatio*, sed cf. marg. inferiorem... *τὸν ἱερὸν* Alex... *ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τὸ ἱερ.* 22. 34. 36. 48. 51. 231.. *ἐν τῷ ἱ.* 130... *τῆς ἐρημώσεως* 36. 48. 51. 231... *ἐρημ. ἔσται* Alex., minusc. plur. et Compl... *καὶ* ante *ἕως* om. 23... *καιρ. συντ.* 26... *συντ. καὶ καιροῦ* 230... *ἐρημ. αὐτῶν* 230.

(B) . . . . *usque ad interitum.* Post pauca vero: *concidentur sicut in cataclysmo et destruet pinnaculum usque ad interitum.*

Prosp. in chron. p. 700. *Et post hebdomadas septem et sexaginta duas interibit chrisma, et iudicium non erit in eo. Et templum et sanctum corrumpet populus, duce veniente: et caedentur in cataclysmo belli.* (ed sec. Venet. p. 378.)

IX, **27**. Iren. V, 25. p. 323. *et in dimidio hebdomadis tolletur sacrificium et libatio: et in templum* (al. *templo*) *abominatio desolationis: et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.*

Tertull. l. c. *Et confirmabit testamentum multis hebdomada una: et dimidia hebdomadis auferetur meum sacrificium, et libatio: et in sancto exsecratio vastationis: et usque ad finem temporis consummatio dabitur super hac vastatione.*

Hier. in Matth. 24. tom. IV. p. 115. *et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium et libamina: et in templo abominatio desolationum erit usque ad consummationem temporis: et consummatio super solitudinem.*

Auct. op. imp. in Matth. h. 48. p. 203. *in dimidio septimi anni auferetur iuge sacrificium: et abominatio desolationis stabit in loco sancto, usque* etc. ut ap. Hier.

Prosp. in chron. l. c. *super templum abominatio desolationum* etc. ut ap. Iren.

Maxime cum nostris conveniunt quae Hesych. refert ap. August. ep. 198. tom. II, p. 115. *in dimidio hebdomadae tolletur sacrificium meum: et supplicatio desolationum interitus: et ad sacrificium abominatio.*

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Hieronymi Vulgata nova.
	μώσεων, καὶ ἕως τῆς συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν.	interitus· et ad sacrificium abominatio et usque ad finem temporis consummatiodabitur ad interitum(XP)	et erit in templo abominatio desolationis: et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio.
Dan. X, 1	[1]*Ἐν ἔτει τρίτῳ Κύρου βασιλέως Περσῶν λόγος ἀπεκαλύφθη τῷ Δανιήλ, οὗ τὸ ὄνομα ἐπεκλήθη Βαλτάσαρ· καὶ ἀληθινὸς ὁ λόγος, καὶ δύναμις μεγάλη καὶ σύνεσις ἐδόθη αὐτῷ*	[1]In tertio anno cyri regis persarum sermo reuelatus est Daniel cui nomen baltasar et sermo uerus· et uirtus magna· et intellectus	[1]Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum revelatum est Danieli cognomento Baltassar, et verbum verum et fortitudo magna: intellexitque sermonem: intelligentia enim est opus
» 2	*ἐν τῇ ὀπτασίᾳ.* [2]*ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγὼ Δανιὴλ ἤμην πενθῶν τρεῖς*	datus est ei in uisu· [2]in diebus illis ego daniel eram in luctu lugens· tres heb-	in visione. [2]In diebus illis ego Daniel lugebam trium heb-
» 3	*ἑβδομάδας ἡμερῶν,* [3]*ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον, καὶ κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου, καὶ ἄλειμμα οὐκ ἠλειψάμην, ἕως πληρώσεως τριῶν ἑβδομάδων ἡμερῶν.*	domadas dierum· [3]panem desideriorum non edi· et caro et uinum non intrabit os meum· et unctus non sum· quousque impletae sunt tres hebdomades dierum	domadarum diebus, [3]panem desiderabilem non comedi, et caro et vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum: donec complerentur trium hebdomadarum dies.
» 4	[4]*ἐν ἡμέρᾳ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου καὶ ἐγὼ ἤμην ἐχόμενα τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου, αὐτός ἐστι Τίγρις Ἐδδεκέλ.*	[4]Et factum *est* in sexto decimo anno die quarta et uicensima mensis primi· et ego eram iuxta flumen magnum quod est tigris· etdecel	[4]Die autem vigesima et quarta mensis primi, eram iuxta fluvium magnum, qui est Tigris.
» 5	[5]*καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ*	[5]et leuaui oculos meos et uidi· et ecce uir	[5]Et levavi oculos meos, et vidi: et ecce vir

(A) X, 1. *πρώτῳ* 33. 49. al... *τῆς βασιλείας Κ.* 34... *ὄνομα αὐτοῦ* 62... *ἐπεκ.* om. 230... *καὶ* ante *ἀληθ.* om. 33. 228... *ὀπτασίᾳ αὐτοῦ* 230.

» 3. *καὶ ἄρτον* 37.. *καὶ ἄρτων* 233... *εἰςῆλθον* 35... *ἐν τῷ στ.* 37. 230. 233... *κ. οὐκ ἠλ.* 62... *πληρ.* om. 22. 36. 48. 51. 231.

» 4. Praemitt. *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει* 130. 147; *ἑκκαιδεκ.* nullibi... *Καὶ ἐν* 22. 34. 48. 51. 231. Compl... *ἡμ. τετ. καὶ εἰκ.* 26... *πρώτου ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει* 22. 34. 36. 48. 51. 231. al... *καὶ* ante *ἐγὼ* om. iidem et al.. *ἤ. ἐγ.* 34... *κ. ἐχομ. ἤ. τ.* 230... *ἐρχόμενος* 34. 230.. *εὐχόμενος* 33.. *ἐπὶ τ. π.* 22. 228... *ὅς ἐστι* nullibi... *Ἐτδεκὲλ* nullibi... *Ἐδδ. Τ.* 233... *Ἐδδ.* om. 22. 36. 37. 48 in textu. 51. 231. Compl.

» 5. *ἔπηρα* 42... *τοῖς ὀφ.* 26... *εἷς* om. 42. 230... Varias formas vocis *baddin* XII., minusc. plur. et Compl. exhibent.. *ὡς χρ.* 62.. *Ὠφάτ* 62.

(B) » 2—3. (Sab. II, 878) Tertull. adv. psych. p. 985. *In illis diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas:* ([3]) *panem suavem non edi, caro et vinum non introierunt in os meum, oleo unctus non sum, donec consummarentur tres hebdomades.* (ed. Gersd. II, p. 189.)

Chromat. Aq. in Matth. p. 978. *et eram lugens tribus hebdomadis dierum;* reliqua liberius citata.

» 5. (Sab. l. c.) Hier. ep. ad Marcell. II, 615. *Et extuli oculos meos, et vidi: et ecce vir unus vestibus baddim, et renes eius cincti auro ophaz.*

Versio LXX interpretum.

εἷς ἐνδεδυμένος βαδδίν,
καὶ ἡ ὀσφὺς αὐτοῦ περιε-
ζωσμένη ἐν χρυσίῳ Ὠφάζ,
Dan. X, 6 *[6]καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὡςεὶ*
θαρσίς, καὶ τὸ πρόσωπον
αὐτοῦ ὡς ἡ ὅρασις ἀστρα-
πῆς, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐ-
τοῦ ὡςεὶ λαμπάδες πυρός,
καὶ οἱ βραχίονες αὐτοῦ
καὶ τὰ σκέλη ὡς ὅρασις
χαλκοῦ στίλβοντος, καὶ
ἡ φωνὴ τῶν λόγων αὐτοῦ
» 7 *ὡς φωνὴ ὄχλου. [7]καὶ ἴδον*
ἐγὼ Δανιὴλ μόνος τὴν
ὀπτασίαν, καὶ οἱ ἄνδρες
οἱ μετ᾽ ἐμοῦ οὐκ ἴδον τὴν
ὀπτασίαν, ἀλλ᾽ ἢ ἔκστασις
μεγάλη ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐ-
τούς, καὶ ἔφυγον ἐν φόβῳ.
» 8 *[8]καὶ ἐγὼ ὑπελείφθην μό-*
νος καὶ ἴδον τὴν ὀπτα-
σίαν τὴν μεγάλην ταύτην,
καὶ οὐχ ὑπελείφθη ἐν
ἐμοὶ ἰσχύς, καὶ ἡ δόξα μου
μετεστράφη εἰς διαφθο-
ράν, καὶ οὐκ ἐκράτησα
» 9 *ἰσχύος. [9]καὶ ἤκουσα τὴν*
φωνὴν τῶν λόγων αὐτοῦ,
καὶ ἐν τῷ ἀκοῦσαί με αὐ-
τοῦ ἤμην κατανενυγμένος,
καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ
» 10 *τὴν γῆν. [10]καὶ ἰδοὺ χεὶρ*
ἁπτομένη μου, καὶ ἤγειρέ
με ἐπὶ τὰ γόνατά μου.

Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.

unus indutus baddin· et renes eius cincti auro ophaz [6]et corpus eius ut tharsis· et facies eius ut uisus fulguris et oculi eius ut lampades ignis·et brac*h*ia eius et crura ut uisus aeris fulgentis· et uox uerborum eius ut uox tubae [7]Et uidi ego daniel solus uisum· et uiri qui mecum erant non uiderunt uisum· sed timor magnus conruit supra eos· et fugerunt in timore [8]et ego relictus sum solus· et uidi uisum magnum istum· et non est relicta in me uirtus· et gloria mea conue*r*sa est in con*tri*tionem· et n*on* tenui uirtu*tem* meam· [9]et a*u*diui uocem *uer*borum eiu*s et* cum audir*em* eum con*punc*tus eram· *et* facies mea *in* terram· [10]et *e*cce manus *con*tingens m*e* eregit me *s*upra genua *mea*

Hieronymi Vulgata nova.

unus vestitus lineis, et renes eius accincti auro obrizo: [6]et corpus eius quasi chrysolithus, et facies eius velut species fulguris, et oculi eius ut lampas ardens: et brachia eius, et quae deorsum sunt usque ad pedes, quasi species aeris candentis: et vox sermonum eius ut vox multitudinis. [7]Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri, qui erant mecum, non viderunt: sed terror nimius irruit super eos, et fugerunt in absconditum. [8]Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: et non remansit in me fortitudo, sed et species mea immutata est in me, et emarcui, nec habui quidquam virium. [9]Et audivi vocem sermonum eius: et audiens iacebam consternatus super faciem meam, et vultus meus haerebat terrae. [10]Et ecce manus tetigit me, et erexit me super genua mea, et super articulos ma-

(A) X, 6. *αὐτοῦ* om. 51. 231 ... *Θαρσεὶς* Alex. XII. minusc. plur. et Compl.. *ὅρασις* om. 233 ... *καὶ* ante *οἱ ὀφ.* om. 22. 48. 51 ... *σκ. αὐτοῦ* 62. 130. 147 ... *ὡς* post *σκ.* om. 91 ... *αὐτοῦ* post *λόγων* om. 23.

» 7. *σὺν τὴν ὀπτ.* hic et infra 62. 147 ... *ὀπτ. — ὀπτ.* om. 23. 106 ... *τὴν ὀπτ.* 2° om. 37 .. *ἢ* om. 34. 35. 37. 232 ... *ἔπεσεν* 23.

» 8. *ταύτ. τ. μεγ.* 233 ... *ταύτην* om. 26 ... *καὶ* post *τ.* om. 51 .. *ἰσχ. κ. ἕξεις* Alex.. *ἰσχ. κ. ἕξις* 35. 106 ... *ἐστράφη* XII in textu. 22. 48. 51. 231. Compl.. *μετεστ. εἰς ἐμὲ* 62. 147 ... *ἰσχύος μου* 35. Copt.

» 9. *καὶ — αὐτοῦ* om. Copt... *κ. ἐν — με* om. 130 ... *αὐτοῦ* 2° om. 22. 48. 51. 231. al... *ἀκοῦσαί με φωνὴν ῥημάτων αὐτοῦ ἤμην* Alex. Similia XII., minusc. plur. et Compl.. *καὶ ἤμην* 35. 62. 130 ... *ἐκκυμαινόμενος* 130 ... *καταν. ἐπὶ πρόςωπόν μου* 22. 36. 37. 48. 51. 62. 231. al.. *καὶ τὸ πρ. μ.* om. 37. 62.

» 10. *γον. μου καὶ ταρσοὺς χειρῶν μου* Alex. Similia XII., minusc. plur. et Compl.

	Versio LXX interpretum.	Antiquae versionis latinae fragm. Weingart.	Hieronimy Vulgata nova.
Dan. X, 11	[11]*καὶ εἶπε πρὸς μέ Δανιὴλ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, σύνες ἐν τοῖς λόγοις οἷς ἐγὼ λαλῶ πρὸς σέ, καὶ στῆθι ἐπὶ τῇ στάσει σου*	[11]et dixit mi*hi* daniel uir de*si*deriorum *in*tellege uerba quae ego *tibi* loquor· et s*ta* in sta*tu* *tuo*	nuum mearum. [11]Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba, quae ego loquor ad te, et sta in gradu tuo

(A) X, **11**. *μοὶ* 49. 90... *λόγ. τούτοις* 42... *σοὶ* post *λαλῶ* nullibi.

NOTA I. **de comparata cod. Alex. editione Baberana.**

In priore istarum animadversionum parte si quas codicis Alexandrini varias lectiones ex apparatu Tischendorfiano haustas esse dixi, eas omnes scias postea, quum Baberi editio in promptu mihi esset, a me cum illa fuisse diligenter collatas. Quas quidem omnes vidi a Babero confirmari, excepto loco Ion. III, 7 ubi cod. Alex. legit *γενέσθωσαν*, non *γενίσθωσαν*. Supersedeo enim loqui de calami sphalmate Mich. I, 10, ubi sec. Baberi ed. legitur *οι ε*, i. e. *οι εν*, non *οι ε⁻*.

NOTA II. **de collata cod. Vatic. editione Maiana nuperrime publicata.**

Quae virorum doctorum votis ardentissimis diu desiderabatur, cod. Vaticani editio peculiaris, postquam paginae nostrae non modo scriptae, sed etiam impressae erant, tandem in manus nostras pervenit. In qua licet multa insint, quae inesse, multaque desint, quae deesse homines artis criticae periti iure suo maxime doleant, fieri tamen nequit, quin ex instituta illius comparatione aliqua in rem nostram utilitas redundet. Diligenter igitur quae illa exhibet cum textu Tischendorfiano conferentes, praetermissis iis quae magis ad taxandam scribendi rationem quam ad ipsum textum constituendum pertinent, ex. gr. *πείπτω* quod pro *πίπτω*, *ἐμείσησα* quod pro *ἐμίσησα*, *συλλήμψεων* quod pro *συλλήψεων*, *ἐπιστράφητι* quod pro *ἐπιστράφηθι*, *ἔθνον* quod pro *ἔθνος*, *περέβησαν* quod pro *παρέβησαν*, *ἐπελάθεντο* quod pro *ἐπελάθοντο* ibi legitur, omissaque tum signorum interpunctionis, quibus e codice hauriendis eminentissimus editor non satis curae adhibuit, tum earum, quae ex fragmentorum nostrorum norma diiudicari nequeunt, lectionum differentia, has quae sequuntur invenimus varietates, quibus, quo facilius in rem vertantur, non solum antiquissimam versionem latinam, sed etiam codicis Alex. lectiones apponendas esse duximus.

	Cod. Vatic.	Versio antehieron.	Cod. Alex.
Hos. IX, 5	*ποιήσεται non ποιήσετε*	facietis	*ποιήσεται*
» 10	*εἶδον πατέρας αὐτῶν non πατ. αὐτ. εἶδον*	vidi patres ipsorum	*εἶδον πατέρας αὐτῶν*
» 13	*ὃν τρόπον εἰς θήραν non ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θ.*	quemadmodum vidi in bestiam	*ὃν τρόπον εἶδον, εἰς θ.*
» 15	*αὐτοὺς ἐμείσησα non ἐμ. αὐτ.*	illos odivi	*αὐτοὺς ἐμείσησα*
Am. V, 25	*μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ μ̄ ἔτη οἶκος Ἰσρ., non μοι, οἶκος Ἰσρ., τεσσαρ. ἔτη ἐν τῇ ἐρ.*	mihi XL· annis domus istrahel	*μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ οἶκος Ἰσρ. τεσσεράκοντα ἔτη*
VI, 5	*ἐπικροτοῦντες, non ἐπικρατοῦντες*	qui plauditis	*ἐπικροτοῦντες*
VIII, 12	*ὕδατα τῆς θαλάσσης καὶ ἀπὸ β. non ὕδ. ἀπὸ τῆς θαλ. ἕως θαλάσσης καὶ ἀπὸ β.*	aquae usque ad mare et ab aquil.	*ὕδατα ἕως θαλάσσης καὶ ἀπὸ β.*
IX, 7	*ἐστὲ ἐμοῦ υἱοί, non ἐστὲ ἐμοί, υἱοὶ*	estis mihi fili (*deest* in deserto)	*ἔσται ἐμοί, υἱοὶ*
Mich. II, 4	*κωλύσων... ἡμῶν non κωλύων... ὑμῶν*	qui prohiberet ... uestri	*κωλύσων... ὑμῶν*

	Cod. Vatic.	Versio antehieron.	Cod. Alex.
Mich. II, 6	οὐ γὰρ, non οὐδὲ γὰρ	non enim	οὐ γὰρ
» 7	εἰ ταῦτα, non οὐ τ.	quia haec	εἰ ταῦτα
» 8	ἐλπίδα, non ἐλπίδας	spem	ἐλπίδα
IV, 12	κύριον non κυρίου	dmi	ΚΥ·
V, 1	ἐξ οὗ (sec. man. ἐκ σοῦ) non ἐκ σοῦ	ex te	ἐκ σοῦ
» 7. 8	πολλῶν λαῶν non λαῶν πολλῶν	populorum multorum	λαῶν πολλῶν
» 10	ἡμέρᾳ, λέγει non ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει	in illa die	ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει
» 11	σου ἐξαρῶ non σου καὶ ἐξ.	tuae et auferam	σου· καὶ ἐξαρῶ
VI, 2	ἀκούσατε λαοὶ non ἀκ. ὄρη	Audite colles	ἀκ. βουνοὶ
Ioel I, 2	ἡμέραις ἡμῶν non ἡμ. ὑμῶν	diebus uestris	ἡμ. ὑμῶν
» 9	θυσιαστηρίῳ. Ὅτι non θυσ. κυρίου, ὅτι	altario quia	θυσιαστηρίῳ ὅτι
» 12	τὰ ξύλον ἀγροῦ prim. man. non τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ	ligna agri	ξύλα τοῦ ἀγροῦ
IV, 17	ἐν Σειὼν ἐν ὄρει ἁγείῳ· κ. non ἐν Σιὼν ὄρει ἁγίῳ· κ.	in sion in monte sancto meo	ἐν Σιὼν ὄρει ἁγίῳ μου
Ion. I, 16	θυσίας non θυσίαν	hostias	θυσίαν
II, 4	με ἐκύκλωσαν non ἐκ. με	me circumierunt	με ἐκύκλωσαν
» 5	ἐπιβλέψαι πρὸς τὸν λαὸν pr. man. cfr. append. non ἐπ. με πρὸς τὸν ναὸν	respiciam in templum	ἐπιβλέψαι πρὸς ναὸν
» 6	ὕδωρ μοι ἕως non μοι ὕδωρ ἕως	aqua mihi usque	μοι ὕδωρ ἕως
» 8	ἐκλιπεῖν non ἐκλείπειν	quod defecerit	ἐκλείπειν
» 11	προσετάγη τῷ κήτει non πρ. ἀπὸ κυρίου τῷ κ.	praeceptum est ceto	προσετάγη τῷ κήτει
III, 7	γευσάσθωσαν μηδὲν, μὴ δὲ νεμ. non γευσάσθωσαν μηδὲ νεμ.	gustent quicquam neque pasc.	γευέσθωσαν μηθὲν· μηδὲ νεμ.
» 8	ὁδοῦ αὐτοῦ non ὁδ. αὐτῶν	uia sua	ὁδοῦ αὐτοῦ
IV, 2	εἶπεν· ὦ κύριε non εἶπεν· κύριε	dixit· dme.	εἶπεν· Ὦ κύριε
» »	καὶ μακρόθ. non μακρ.	et patiens	μακρόθ.
» 3	εἰ ζῆν με non ἢ ζῆν με	quam uiuere	ἢ ζῆν
» 5	ἐποίησεν ἑαυτῷ ἐκεῖ σκηνὴν καὶ ἐκάθητο ὑποκάτω αὐτῆς ἐν σκιᾷ ἕως οὗ ἀπείδῃ non ἐπ. αὐτῷ ἐκεῖ σκηνὴν ... αὐτῆς ἕως οὗ ἀπίδῃ	fecit ipse sibi tabernaculum· et sedebat sub ipso in umbram donec uideret	ἐποίησεν ἐκεῖ σκηνὴν ἑαυτῷ κ. ἐκαθ. ὑπ. αὐτῆς ἐν σκιᾷ ἕως οὗ ἀφείδῃ
Ezech. XVI, 58	ἀνομίας σου κεκόμισαι non ἀν. σου σὺ κεκ.	inpietates tuas tu portasti	ἀνομίαις σου σὺ κεκόσμησαι
» 62	ἐπιγνώσει non ἐπιγνώσῃ	cognosces	ἐπιγνώσῃ
XVIII, 5	ποιῶν δικαιοσύνην non ποιῶν κρίμα καὶ δικ.	qui facit iustitiam	ποιῶν κρίμα καὶ δικ.
» 9	πεπόρευται, τὰ δικαιώματα non πεπ. καὶ τὰ δικ.	ambulauit· iustificationes	πεπόρευται καὶ τα δικ.
XXIV, 26	ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ non ἐν τῇ ἡμ. ἐκ.	in illa die	ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ

	Cod. Vatic.	Versio antehieron.	Cod. Alex.
Ezech. XXIV, 27	ἐν ἐκ. τ. ἡμ. non ἐν τῇ ἡμ. ἐκ.	in illa die	ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ
XXV, 7	ἐπιγνώσει non — ῃ	scies	ἐπιγνώσῃ
» 9	οἶκον Θασιμοῦθ ἐπαναγωγῆς non οἶκ. Βεθασιμοὺθ ἐκάνω πήγης	domum aersimuth· supra fontem	οἶκον Βεθασιμοὺθ ἐπάνω πήγης
XXVI, 11	ὑπόστασιν σου τῆς ἰσχύος ἐπὶ non ὑπ. τῆς ἰσχύος σου	substantiam uirtutis tuae in	ὑπόστασιν τῆς ἰσχύος σου ἐπὶ
» 17	ἐπαινεστὴ non ἐπαινετὴ	laudabilis	αἰπενετὴ
» 19	δῶ σε πόλιν non δῶ πόλιν	dedero te ciuitatem	δῶ σε πόλιν
» »	καταχαλύψῃ non -ει	conteget	καταχαλύψει
XXVII, 2	υἱὲ ἀνθρ. καὶ σὺ non καὶ σ. υἱὲ ἀνθρ.	et tu fili hominis	καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρ.
» 17	ἐν σίτου πράσει non ἐν πρ. σίτ.	in emptione tritici	ἐν σίτου πράσει
» 18	ἔμπορος non ἔμποροι	mercator	ἔμποροι
XXVIII, 3	Δανιήλ; σοφοὶ non Δαν. ἢ σοφ.	daniel· sapientes	Δανιήλ; ἢ σοφοὶ
» 5	ἐμπορίᾳ ἐπλήθυνας non ἐμπ. σου ἐπλήθ.	mercatu tuo multiplicasti	ἐμπορίᾳ σου ἐπλήθ.
» 15	ἄμωμος σὺ non σὺ ἄμ.	sine macula tu	ἄμωμος σὺ
XLIV, 5	ὠσὶν ἄκουε non ὠσὶ σου ἀκ.	auribus tuis audi	ὠσίν σου ἄκουε
» »	καὶ κατὰ πάντα non καὶ πάντα	et secundum om.	καὶ κατὰ πάντα
XLVIII, 22	Βεν. τῶν ἀφηγουμένων non Βεν. καὶ τ. ἀ.	beniamin· principium	Βεν. τῶν ἀφηγ.
» 28	Γὰδ ἕως τῶν non Γὰδ ἀπὸ τῶν πρὸς ἀνατολὰς ἕως τῶν	gad usque ad ea qui	Γὰδ· καὶ ἕως πρὸς
Dan. II, 30	γνωρίσαι τῷ βασιλεῖ non τῷ βασ. γνωρ.	regi enarretur	τῷ βασιλεῖ γνωρίσαι
» 33	μέρος τι σιδηροῦν, καὶ μέρος ὀστράκινον non μέρος μέν τι σιδ., καὶ μέρος δέ τι ὀστρ.	pars aliqua ferrea et pars fic...	μέρος μέν τι σιδηροῦν, μέρος δέ τι ὀστρ.

Summa eorum de quibus in adnotationibus agitur.

Ista omnia si consideraveris neque ab intricatis artis criticae laboribus, ad quos subeundos non minus patientia quam acumen flagitatur, abhorrueris, ratiocinando poteris colligere, quae inter veterem prophetarum versionem latinam, qualem fragmenta nostra exhibent, et varios qui sunt LXX interpretum versionis codices graecos ratio intercedat. Qua in re si, quod maxime opus est, inter singulos qui in codicibus mss. continentur libros iustum discrimen statueris, primum, quod ad ea quae *minorum prophetarum* sunt fragmenta spectat, invenies LXXXIII esse locos, in quibus ab omnibus codicibus plus minus recedant, LX vero, quos tum ab Alexandrino tum a Vaticano diversos exhibeant; quorum ad utrum propius accedant si quaesiveris, computatis lectionibus assequeris, XXXI quidem locos esse, ubi fragmenta cum Alexandrino faciant contra Vaticanum, XXXX autem, ubi cum Vaticano conveniant respuantque Alexandrinum. Adde quod collata cod. Vatic. editione Maiana fragmenta nostra fasciculo I collecta deprehenduntur

A. de codicum ratione.

continere XXXV locos, in quibus diversa praebent et a Vaticano et ab Alexandrino, XIV autem, ubi cum Alex. faciant contra Vaticanum et XVIII, ubi cum Vatic. conspirant contra Alexandrinum. Unde patet, rem si brevibus complecti volueris, *versionem veterem quum ab ambobus haud raro recedat, paulo magis tamen ad Vaticanum quam ad Alexandrinum inclinari* statues.

Aliam vero eorum, quae *maiorum prophetarum* sunt, fragmentorum deprehendes esse conditionem. Namque ut brevitatis ergo ea, quae vel ad Ezechielem pertinent vel ad Danielem, una comprehendam computatione, in iis quum LXII lectiones prostent, quae in nullo codice graeco inveniuntur, quibus accedunt XXXXI, quae neque Vaticano neque Alexandrino insunt, XIV quidem alias invenies, in quibus illa cum Alexandrino conspirent contra Vaticanum, sed CVII, ubi Vaticani causam tueantur contra Alexandrinum: qua ex re intelligitur, *eos prophetarum maiorum codices, secundum quos antiquissimis ecclesiae temporibus versio latina facta est, multo similiores fuisse codicis Vaticani quam Alexandrini.*

Neque vero minoris ponderis videntur esse, quae instituta reliquorum qui sunt codicum graecorum eiusque, quae codicis pretium habet, editionis Complutensis comparatione in rem criticam redundant. Nam si quaesiveris, quaenam iis in locis, in quibus fragmenta nostra tum a Vaticano tum ab Alexandrino differunt, a reliquis codicibus praebeantur, computatione facta haud raro talia ab iis exhiberi invenies, quae a partibus stent fragmentorum. Sunt vero, si illos excipis, codices XXXVII, qui *minores prophetas* continent, XXVI, quibus *Esechielis* vaticinia insunt, XXXIII, e quibus *Danielis* visiones hauriuntur, suis quique numeris apud Holmesium insigniti. Iam vero inter eos, quos primo loco posui, codex 311., quod istos locos attinet, cum fragmentis nostris convenit quaterdecies, 62. terdecies, 36. 130. 147. singuli undecies, 22. decies, 42. novies, 49. 51. 153. singuli octies, 23. 36. 185. 310. singuli septies, 26. 40. 95. 106. 228. 238. 240. singuli sexies, 87. 91. 97. 239. singuli quinquies, 45. 145. ter, XII. 68. 132. 198. 233. bis, 61. 231. semel, Complutensis vero editio quod maxime miraberis *octiesdecies.* Ex quo sequitur, inter eos minorum prophetarum fontes, qui praeter codices Vaticanum et Alexandrinum sunt, ad versionem veterem maxime accedere editionem Complutensem, et codd. 311. 62. 86. 130. 147. 22. 42. 49. 51. 153. Porro ex iis, qui *Esechielis* prophetias comprehendunt, ista ratione potissimi declarantur codd. 22. 48. 36. 51. 231. ed. Compl. codd. 23. 42. 26 et 147. Illis enim quos diximus in locis codd. 22 et 48. cum fragmentis nostris conveniunt terdecies, 36. 51. 231. singuli undecies, ed. Compl. novies, 23. septies, 42. sexies, 26. 147. singuli quinquies, 106. 228. 238. quater, XII. 62. 68. ter, 49. 86. 87. 88. 90. 91. 233. 306. singuli bis, 108. et 239. semel. Denique ex illis triginta quinque codicibus, quibus *Danielis* visiones insunt, pro exiguo fragmentorum nostrorum Danielicorum ambitu codd. 26. 35. 49. 62. 90. singuli nonnisi bis, ed. Compl. XII. 22. 23. 33. 34. 37. 42. 48. 91. 147. 148. 228. 231. 232. singuli semel, reliqui vero qui habentur quatuordecim nullo in loco iiscum conveniunt. Unde colligitur, si ex ungue leonem dignosci licet, codd. 26. 35. 49. 62. 90. pro antiqua textus *Dan.* indole reliquis esse praeferendos: quibus si illos quos supra significavi codices atque edit. Complutensem addideris, habebis eos fontes, in quos latinae versionis antehieronymianae ratione habita viris doctis post praeclarum illud par antesignanorum praecipue animum esse advertendum existimamus. Inter quos qui enumerantur cod. 26 et codd. 22. 36. 48. 51. 231. ex adnotationibus nostris intelliges notis sat

memorabilibus a reliquis omnibus discerni. Nam cod. 26. saepissime cum cod. Alex. convenit, ita ut licet non pauci sint loci, in quibus ab illo recedat, tamen arcta quadam propinquitate cum eo coniunctus esse videatur; nec minus codd. 22. 36. 48. 51. 231., omnes quippe iisdem saepe lectionibus instructos, certo quodam necessitudinis vinculo inter se videbis esse copulatos. Codicem vero supra notatum 34. eo deprehendes a ceteris differre et quasi morbo laborare; ut non tam purum, quam variis seu verborum seu rerum explicationibus oneratum exhibeat textum.

Quae observationes, intra angustos quidem fragmentorum nostrorum fines conceptae, si aliis quoque scripturae s. partibus fuerint comprobatae, fiet, ut isti codices mss. nec multitudine sua nos terreant, nec frigidis quibus insigniri solent numeris taedium nobis nauseamque creent, sed perspicua tum coloris tum indolis varietate eos, qui veritatis studiosi sunt, delectent atque ad ediscenda altiora provehant.

B. De antiquo versionis usu.

Altero loco opus est ut quae in adnotationibus nostris de antiquo versionis antehieronymianae usu exhibentur, colligamus et quasi uno complectamur conspectu. Qua de re disserendi campus quum latissime pateat atque ad accuratissimam omnium quae illic e Patrum scriptis propositae sunt allegationum comparationem cum textu fragmentorum nostrorum instituendam extendatur, ne lectoribus fastidium afferam, multifaria singularum quaestionum quas suscepi congerie in schedis meis reservata nonnisi praecipua quae inveni proponam rei capita. Vario autem modo hic errari poterat, et primum quidem negligendo externam allegationum sive, ut voce usitata utar, citationum extensionem. Minoris enim pretii esse eas quae pauca continent verba citationes, quam quae multis constant, in aperto est; errassemusque, si forte ex animadverso pauculorum quorundam apud Patrem aliquem verborum concentu cum fragmentorum textu nobis visi essemus colligere posse, illum eadem quae in his exstat versione esse usum; fieri enim potest, ut alia quidem ille fuerit interpretatione usus, sed quae in nonnullis locis, praesertim talibus, qui propter sententiarum simplicitatem facilioris fuerunt translationis, cum fragmentis convenerit. Pari modo foremus lapsi, si ex observata paucorum quorundam verborum quae apud hunc illumve Patrem laudata invenimus a fragmentis dissonantia eum diversam a nostra habuisse sacrae scripturae versionem conclusissemus; haud enim raro fit, ut varia unius eiusdemque versionis exempla variis textus mutationibus sint subacta. Itaque, quod dirimendam quaestionem nostram spectat, Patres vel scriptores ecclesiasticos eos, qui propter citationum suarum paucitatem iure aliquo non instructi esse videbantur, *Vigilium Tapsensem, Julium Firmicum, Chromatium, Philastrium, Gaudentium* e foro nostro relegandos putavimus; qui qua s. scripturae versione usi fuerint, ex his quidem fragmentis collatis perspici nequit. Nec magis *Lactantius, Optatus Milevitanus, Victor Tununensis, Auctor quaestionum apud Augustinum, Zeno Veronensis, Cassiodorus, Prosper, Auctor operis imperfecti in Matth., Auctor de promissionibus apud Prosperum*, quamvis isti tres quos ultimo loco posui viderentur alia usi esse versione, illi sex vero, quibus primum dedi locum, eandem quae in fragmentis prostat, habuisse viderentur, ad rem discernendam rite admitti poterant. Agendum vero nobis fuit cum reliquis, apud quos nec paucos nec breves prophetarum locos inveniri adnotationes nostrae supra positae testantur.

Inter quos qui aetate primus est *Tertullianus*, si adnotata ad Amos VI, 4, Mich. V, 2 et VI, 18, Ion. III, 10 et IV, 2, Ezech. XVIII, 7. 8 et XXVIII, 11—16 contuleris, recte dicetur

hac versione, ab illius citationibus nimis diversa, non fuisse usus. Cuius ad latus accedere, qui Tertullianum magistri titulo ornare solitus est, *Cyprianum* quamvis aliqua habeat quae cum fragmentis conveniant, tum aliorum locorum, tum oraculi Dan. II, 31 interpretatio prorsus diversa demonstrat. Eadem fere de *Hilario* ac *vetere Irenaei interprete* statueris. Illius enim citationes locorum Amos. VIII, 11 et Ion. II, 3. 4. 7 a textu fragmentorum multum abesse deprehenduntur; hic quae ex prophetiis Michae, Ioelis, Ionae et Danielis affert, etsi quadam ex parte fragmentis similia sunt, maiore tamen ex parte inveniuntur dissimilia. Item eam versionem, qua *Augustinus* usus est, licet hic illic cum fragmentis conveniat, tamen plus diversorum praebere quam consonorum fidem faciunt quae ad Hos. IX, 14, Mich. V, 4 et VII, 28, Ezech. XVIII, 1—2. 4 et XXVIII, 3 adnotavimus.

Alia vero de *Arnobio, Lucifero Calaritano, Tichonio Afro, Ambrosio, Iuliano* apud Augustinum, *Gilda Sap.*, et qui eius aequalis fuisse videtur *Auctore Speculi Augustinei* statuenda sunt; quibus accedunt ii, qui codicem *Luxoviensem,* codicem S. *Michaelis* et *psalterium Ambrosianum,* unde Sabaterius Ionae prophetae odam (II, 3—10) hausit, scripserunt. Namque ut primum de istis loquar, ms. *Luxoviense* illius odae textum, quem in fragmentis legimus, tantum non ad verbum reddere patet; *psalterium Ambrosianum* et ms. *S. Michaelis,* in genere quidem illi similia, passim tum inter se tum a fragmentis, et hoc quidem paullo magis quam illud, distantia cernuntur. *Arnobianae* quae sunt citationes versuum Ezech. XXVIII, 12. 13. 14. 15. 16 et 17 ad eximiam fragmentorum similitudinem accedunt. Versionem, quam *Lucifer Calaritanus* habuit, cum fragmentis nostris plane ad verbum convenisse, adnotata ad Mich. II, 1 facile alicuipiam persuadere posse viderentur, nisi in locis parallelis ad Ion. II, 11—III, 9 appositis, licet in universum ab illis nonnisi paullum recedant, tamen aliqua invenirentur iisdem dissimilia. Versionis exemplum, quo *Tichonius Afer* usus est, ad fragmenta nostra proxime accessisse concludes ex iis, quae ad Ezech. cap. XXVIII allata vides. Quam *Ambrosius* secutus est translationem, fragmentis nostris admodum similem fuisse observationes testantur ad Ezech. XLIV, 1—3, Am. IX, 5, Mich. VI, 3—5, Ion. II, 10 propositae, ex quibus quam primo loco posui talem exhibet textus nostri similitudinem, qua, si forte de reliquis s. scripturae libris dubitandi locus relictus est, Ambrosii exemplum prophetiarum Ezechielicarum cum fragmentis nostris fere convenisse persuadearis. *Iulianus* apud Augustinum quae ex earundem prophetiarum cap. XVIII allegat, ea, licet singula quaedam habeant, quae in fragmentis non inveniuntur, tamen illis admodum esse similia sponte concedes. Quae *Gildas Sapiens* ex Hosea, Micha et Ioele congessit testimonia, quamvis in aliquibus a fragmentis distent, in genere ita cum illis concordantia cernuntur, ut eiusdem utraque versionis esse videantur. Quod propter libri genus collecticium recte suspicatus fueris, arcta quadam cum fragmentis nostris cognatione coniunctum esse opus quod *Augustini Speculum* vocatur, omnes, quos in adnotationes inde collegi, loci plurimi (cfr. Hos. XIV, 1. 2, Am. VI, 4—6. 8, Ioel. V, 5—7 al.) ostendunt, ita ut Angeli Maii, qui duplici modo illud edidit, probanda sit sententia, qua Sabaterium si librum nosset totum dicit cum pulvisculo in opus suum fuisse transscripturum. Denique rem maxime mirabilem allegatio quaedam, quae ex *Hesychii* calamo Salonitanae urbis in Dalmatia episcopi fluxit, videtur prodere. Is enim in epistola ad Augustinum data locum Dan. IX, 27 laudans fragmentorum nostrorum versionem ita secutus est, ut ipsa,

quae illi insunt, menda scripturae in sua contulerit posterisque tradiderit; unde, etsi alia Hesychiana aetatem non tulerunt, intelligitur id quod ille possedit prophetarum exemplum cum fragmentis nostris ita fuisse coniunctum, ut ex communi utraque fonte essent exorta. Nam quod l. l. et Hesychius legit et fragmenta continent *supplicatio*, quum respondeat voci σπονδή, quin per errorem scriptum sit pro *libatio* dubitari non potest.

Itaque duplicem nobis videmur assecuti esse notitiam: unam, fuisse scriptores ecclesiasticos, qui ea, quae fragmentis nostris exhibetur, versione non fuerint usi; alteram, fuisse alios, quorum exempla ad illam proxime accederent. Unde si concluseris, horum unam fuisse s. scr. translationem eandemque ab ea, quae in fragmentis exstat, origine non diversam. eius iamiam aliqua vestigia per regiones ecclesiae amplissimas deprehensa esse patet, quippe quam per Africam septentrionalem, Sardiniam insulam, Italiam superiorem, Dalmatiam fuisse vulgatam istorum quos vidimus autorum nomina significant.

Sed haud arbitror desperandum esse, quin, ubi locorum ipsa fragmenta nostra priscis temporibus vel privatim lecta, vel ad publicum ecclesiarum cultum adhibita sint, accuratius definiatur. Namque in ea membrana, qua locus Ez. XVIII, 1—2 continetur, signum aliquod liturgicum scriptum exstat, quod quia non exigui mihi ad rem criticam ponderis esse videbatur, in tabula lithographica describendum curavi; dico illud IN LETANIA, non quidem prima, sed antiqua tamen manu exaratum, quod simul cum quinque lineis, subter quibus scriptum est, sub num. VIII tibi repraesentatum vides; ex quo vocabulo, si qua ecclesia detegetur, in qua ille quem dixi locus in litania legebatur, non sine magna veri similitudine concludi poterit in eadem fragmenta vel scripta vel in usum publicum adhibita fuisse. Iam vero, quod maxime dolendum, nullum quod sciam editum est rerum liturgicarum documentum, quo locum illum alicubi litaniae celebrandae inserviisse traditur. Neque enim liturgia Romana, neque Ambrosiana, nec Mozarabica, nec Gallicana, quas pervestigavi omnes, litaniae illum vindicant. Spes tamen abiicienda non est, fore ut postero tempore aut nostro studio aut aliorum assiduitate ecclesiae illius quam quaerimus nomen aetasque detegantur, quo fiet, ut de primo fragmentorum usu vel aliqua certitudo vel utilium coniecturarum ansa nobis comparetur.

C. De versionis indole vetustis quae experta e correctionibus.

Reliquum est, ut quae mihi *de versionis indole* observanda videantur paucis exponam. Quam primum quidem a classica scribendi dicendive puritate non paucis in locis procul abesse animadverto. Neque enim solum, quod verborum copiam usumque attinet, vocabulis caret, quae apud scriptores elegantiores non inveniuntur: *retia* (gen. *retiae*) pro *rete* Ezech. XVII, 20, *humilo* pro *humilio* ib. 24, *praegnates* pro *praegnantes* Hos. XIII, 16, *memoratus sum* pro *memini* Ion. II, 8, *altarium* pro *altare* Ioel I, 9 et 13, *demolient* pro *-ur* Ezech. XXVI, 12, *praevarico* pro *-or* Hos. VIII, 1, *commixticius* (συμμικτὸς) Ezech. XXVII, 17, sed ne a falsis quidem inusitatisve formarum flexionibus abhorret: *plaudisti* Ezech. XXV, 6, *avertuit* Hos. VIII, 3, *odivi* ib. IX, 15, *lignum viridem* Ez. XVII, 24, *fanos tuos* Mich. V, 14, *cubilem tuum* Dan. II, 28. 29, *sepeliuit* = *sepelibit* pro *sepeliet* Hos. IX, 6, *eregit* ib. X, 10, *prodiet* Mich. IV, 10, *Danielo* Dan. II, 19, quibus adnumero *umerum tuum* Ez. XXV, 9, *promunturiorum* ib., *ingemescent* ib. XXVI, 16, *meleto* (Μιλήτου) ib. XXVII, 18, *thensauris* ib. XXVIII, 4. 13, *vicensima* Dan. X, 4, ne quid dicam de formis adhibitis *confirmavit* pro *confirmabit* ib. IX, 27, *separavit* pro

separabit Hos. XIII, 15, *intrabit* pro *intravit* Dan. X, 3. Tum quod ad rationem spectat, quam in vertendo textu graeco interpres secutus est, is verborum graecorum vestigia tali plerumque cura pressit, qua scrupulosior magisve sollicita vix possit animo concipi. Neque enim in eo sibi satisfecit, ut singula vocabula graeca singulis redderet latinis, sed enuntiatorum constructiones anxia quadam diligentia studuit imitari, cuius si qua exempla vellemus statuere, tota fere translatio huc esset alleganda. Qua in re non exigua cernitur religionis laus, quae non solum veteribus insigni commodo fuit, sed recentiorum quoque admirationem excitavit. Sed est modus in ipsa laude summumque ius summam saepe iniuriam esse iure nostro conquerimur. Nam verum quidem est, graecorum ἐξ bene reddi latino *ex,* neque ex lingua latina pro graeco κενὸν melius quidquam ab interprete videtur adscisci posse quam *inane,* et μάχαιρα est *gladius;* sed phrasin ἐκκενώσουσι τὰς μαχαίρας si quis, quemadmodum in fragmentis nostris locus Ez. XXVIII, 7 legitur, ita vertit *exinanient gladios,* fidem sine dubio in vitium mutasse censendus est: pro quibus verbis recte Hieronymus reposuit *evaginabunt gladios.* Et ἐπὶ quamvis sit *in* et ἐκεῖνος *ille,* si quis tamen, quemadmodum vetus interpres verba μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμάσκου Am. V, 27 vertit *transferam vos in illa damascum,* eum certe ἐπέκεινα τῆς ἀληθείας progressum esse confitebimur, probabimusque Hieronymum qui reposuit *trans Damascum.* Nec magis ille aequalium utilitati prospexit graecas verborum constructiones iusto audacius imitando. Verba εἰςήκουσάν μου translata vides *obedierint mei* Mich. V, 15; περιεζωσμένην σάκκον *praecinctam cilicium* Ioel. I, 8; περιεβάλετο σάκκον *operuit se cilicium* Ion. III, 6 cfr. ib. 8; ἱματισμὸν τὸν ποικίλον αὐτῶν ἐκδύσονται *vestem variam suam se dispoliabunt* Ezech. XXVI, 16; τὰς κρατίστας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων *quae sunt optimae ex omnibus regnis eorum.*

Quae talia in se continuit sacrae scripturae versio, per se ipsa correctorem flagitabat; neque primum Hieronymum fuisse, qui emendationis operi manum admoveret ipsa fragmenta innuunt. Produnt enim, id quod ultimo loco monemus, veterem versionem postquam ab origine ita sicuti diximus comparata fuit, correctrices manus iam vetusto tempore expertam esse. Quid enim est nisi emendationis vestigium quod Hos. IX, 9 (μνησθήσεται ἀδικίας αὐτῶν) legitur *memor erit dabitur iniustitia eorum?* Quae verba, per se nullo modo ferenda, unusquisque concedet, postquam ab initio scripta fuerint *recordabitur iniustitiae eorum,* a correctore ita esse posita *memor erit iniustitiae eorum;* quibus ex phrasibus duabus per scribae errorem tertia illa, quam nunc legimus, conglutinata esse cernitur. Porro lectoris cuiusdam critici vestigia alio quoque in loco deprehendere non dubitabis, Ezech. XXVIII, 16 (ἤγαγέ σε τὸ Χερούβ) *duxit te Cherubin sech,* ubi *sech* istud aut ex hexaplari Origenis editione quae hebraeum textum graecis litteris reddens hic simile exhibuit vocabulum, aut, quod iam praetulerim, ex graecis verbis σε Χερούβ, a correctore citatis et per compendium scriptis σὲ Χ., haustum atque ad explicandam versus sententiam huc appositum esse patet. Quae si negari nequeunt, omnes fragmentorum locos, qui ab illa, de qua modo locuti sumus, scrupulosa transferendi graeci textus ratione recedentes ad liberiorem indolem inclinant, suspicio haud iniusta oritur ab aliquo quondam esse *emendatos.* Cuius quidem rei manifestum exemplum habes locum Ezech. XXVI, 20, ubi verba graeca ὅπως μὴ κατοικηθῇς contra scrupulositatis consuetudinem ita translata apparent *ut non constituaris ad habitandum,* quae phrasis explicationi potius inservit quam simplicem prodit interpretationem; vel Ezech. XXVIII, 13. (λίθον

χρηστὸν ἐνδέδεσαι) quae verba a correctore non tam ad verbum quam ad sententiam in hanc formam redacta sunt *lapidem optimum habes in te alligatum;* vel Ion. IV, 2 (προέφθασα τοῦ φυγεῖν) quorum versio quum apud Luciferum Calaritanum saeculi quarti scriptorem haec exstat *praeoccupaveram fugere,* in fragmentis abiecta mala latinitate hunc tenorem assecuta esse cernitur *proposueram fugere;* vel Ezech. XVIII, 7, ubi vocabulum *inopem,* cui nil graeci respondet, in textum apparet esse intrusum. Quae corrigendi tentamina, a nobis ad rem criticam bene quidem adhibenda, non fuisse ea, quae veterem versionem ab erroribus et difficultatibus liberarent liberatamque ad aliquod perfectionis fastigium eveherent, duplex illud Hieronymi opus, quo biblicam veritatem quum ex graeco LXX virorum textu denuo illustratam, tum ex hebraeo propriis studiis haustam latinae ecclesiae vel reddidit vel primus tradidit, luculentum praebet testimonium. Cuius quae quantaque sint merita, si eas, quas ad dextrum veteris versionis latus apposuimus columnas, alteram emendationis ab Hieronymo praestitae, alteram Vulgatae novae cum illa comparaveris, facile tibi in memoriam revocabis.

Sed haec hactenus. Plura enim dabimus quando plura nobis fuerint data. Plura dico authentica versionis antehieronymianae fragmenta, quae ut aliquando nobis tradantur, quoniam non pauca eorum documenta manuscripta nonnisi editionem criticam flagitantia, in ipsa Germania existere certiores facti sumus non solum optamus sed etiam praestolamur.

Index fragmentorum


in duobus huius operis fasciculis editorum.

Corrigenda.

Legas *marginales* p. 5 ad marginem; *εὐχόμενοι* p. 58. lin. 41; *apothecas* pro *horrea* p. 104. lin. 38; Deleas *Iul.* p. 113. lin. 45.

In fasc. I legas VIII, 4—6 p. 31. lin. ult.; item VIII, 13—14 p. 32. lin. ult.; 11. Augustini p. 43. lin. 42; Sec. collatam ed. Maianam p. 50. lin. perult. reponas XXXV; ib. lin. ult. XIV et XVIII; eosdem numeros rep. in fasc. II. p. 53. lin. 11. 12 et 13.

Specimina cod. Weingartensis, e variis eius reliquiis Fuldae, Stutgardii ac Darmstadiae asservatis descripta atque in unum composita.



APPENDIX.

Quod certa animi exspectatione sperare vix ausus eram, fore ut vetustissimi codicis manuscripti Weingartensis, cuius aliqua fragmenta tum Fuldae tum Stutgardii atque Darmstadiae detecta ante hos octo annos uno libro comprehensa edidi, aliae etiam particulae invenirentur, id feliciter evenisse, quicumque criticis Veteris Testamenti latini studiis occupantur, non sine aliqua voluptate opinor esse accepturos. Nuper enim qui in venerabili facultate evangelico-theologica Vindobonensi munus professoris ordinarii gerit vir doctissimus et maxime reverendus Albertus Vogel, theologiae Doctor, literis datis humanissimis certiorem me fecit, se folia aliqua illius codicis, quae in celebri Sancti Pauli monasterio in Carinthia sito vir meritissimus Sickel historiae et palaeographiae professor Vindobonensis in ligneis duorum codicum admodum vetustorum tegumentis agglutinata detexisset, ex vinculis et liberavisse et publico doctorum hominum commercio tradidisse; postea vero ipsam accuratam fragmentorum editionem, cui sermone vernaculo usus titulum fecit symbolarum ad restituendam s. scripturae versionem veterem servientium, benevolentissime transmisit potestate simul mihi concessa, ut, si vellem, eorum novam editionem similem illi, quae iam publico usui a me tradita esset, parare possem. Qua quidem bona venia accepta (neque mihi denegata Guilielmi Braumüller bibliopolae honestissimi Vindobonensis, qui illius libri edendi sumtus impendit, liberali permissione) mihi iniunctum esse censebam, ut ad eas quas edidi codicis Weingartensis partes quantum fieri posset supplendas properarem.

Qua in re quum duo potissimum sint, quae consideratione egeant, primum foliorum Carinthiacorum indoles Weingartensis, alterum quaestio, quomodo factum sit, ut quae Weingartensis monasterii fuerunt in regiones Europae ab illo remotissimas abierint, de utroque quae ad rem faciant quam brevissime mihi videntur esse indicanda.

